mmunicantes. Quia p incar lxxiij
nati. Co. In splendoribz scõr
ex utero ante luciferũ genui te.
Evng. Liber generacionis ihu 6
xpi. Aff. Omnium dna. laud.
Te dm laudamus. Incipiunt
laud. sm v. Que uidistis pas.
cũ reliqs cõtinuat ps. Benedic
tus. Oro sm v. compl. Da
nobis qs dñe deus ut qui
natiuitatẽ dñi nri ihu xpi
misteriis nos frequentare
gaudemus dignis conuersa
cionibz ad eius mereamur pertinge consor
cium. Qui tecũ. Benedicamus dño.
Lux fulgebit. In i. missa
hodie sup nos quia na
tus ẽ nobis dñs et uocabit
admirabilis deus princeps pa
cis pater futuri scli cuius regni
nõ erit finis. Ps. Dñs regnauit
decorẽ indutus ẽ: indutus ẽ dñs
fortitudinẽ et precinxit se uirtute.

Da nobis qs omps Oro.
deus: ut qui noua in
carnati uerbi luce pfundimur
hoc in nro resplendeat opere
qd p fidem fulget in mente. Per.
Alia oro de s. Anastasia.
Da qs omps deus. ut q
beate anastasie mris tue sol
lempnia colimus eius apd
te patrocinia senciamus. P. Lc
Hec dicit dñs: ysaie pphe.
Spus dñi sup me. eo
qd unxerit me ad annunci
andu mãsuetis misit me:
ut mederer contritos corde.
et pdicarem captiuis indul
genciã. et clausis apcionẽ
ut pdicarẽ annũ accepta
bilem dño: et diẽ ulcionis
deo nro. Ut consolarer omns
lugentes: ut ponerẽ forti
tudinẽ lugentibz syon et
darẽ eis coronã pro cinere. o
leũ gaudij pro luctu: palliũ
laudis pro spiritu meroris.
Et uocabunt in ea fortes
iusticie plantacio dñi ad
glorificandũ. Ecce dns audi
tũ fecit in extremis terre.
Dicite filie syon. Ecce sal

uatate tuus uenit: ecce merces
eius cū eo et opus illius co-
ram illo · Et uocabunt eos
populus scūs: redēpti a dn̄o dī
nr̄o · Lc̄o · e · b · pau · a · Tytū ·
Kmē: Apparuit benignitas
et humanitas salua-
toris nr̄i dei · Non ex operibus
iusticie que fecimus nos: sed
scd̄m suam mīam saluos
nos fecit · per lauacrū rege-
nerationis et renouationis spi-
ritus sancti quē effudit in nos habū-
de per ihesum xp̄m saluatorem
nr̄m ut iustificati grā ipsius
heredes simus scd̄m spem
uite eterne · In xp̄o ihū dn̄o
nr̄o · Gr̄ · Benedictus qui
uenit in nōie dn̄i deus dn̄s et
illuxit nobis · ℣ · A dn̄o fcm̄ ē
istud et ē mirabile ī oculis nr̄is
Alla · ℣ · Dn̄s regnauit deco-
rem induit induit dn̄s fortitu-
dinē et precinxit se uirtute · Seq̄ ·
Eya recolamus laude · S · lucam ·
In illo t̄: Pastores loque-
bantur ad inuicem · Transea-
mus usq3 bethleem et uideamus
hoc uerbū qd̄ fcm̄ est: qd̄
fecit dn̄s et ostendit nobis ·

Et uenerūt festinantes: et in-
uenerūt mariā et ioseph et in-
fantē positū in presepio · Vi-
dentes autē cognouerūt de uer-
bo qd̄ dictū erat illis de puero hoc ·
Et omnes qui audierūt mira-
ti sūt de hiis que dicta erant
a pastoribus ad ipsos · Maria
autē conseruabat oīa uerba
hec · conferens ī corde suo · Et
reuersi sūt pastores: glori-
ficantes et laudantes deū:
ī omnibus que audierant et uide-
rant sicut dictū ē ad illos · Cre-
do ī unū · dr̄ Offīu · Deus eñ
firmauit orbē terre qui nō com-
mouebit̄ parata sedes tua deus
ex tūc a seculo tu es · Secreta ·
Munera nr̄a q̄s dn̄e natiuita-
tis hodierne misteriis apta
proueniant ut sicut homo
genitus idem refulsit deus ·
sic nobis hec terrena substā-
cia conferat qd̄ diuinū est ·
Accipe q̄s domine · Sec̄ · P ·
munera dignanter oblata et b-
te anastasie suffragantibus
meritis ad nr̄e salutis auxi-
liū prouenire concede · P · Pfā ·
Quia per incarnati · Com

nunciãtes ⁊ dicẽ. Co. Exulta
ſatis filia ſyon lauda filia ier̃lm ec
ce rex tuus uenit tibi ſanctus et
ſaluator mundi. Compl. Huius
nos dñe ſacramenti ſp̄ noui
tas natalis inſtauret cuius
natiuitas ſingl'aris huma
nã repulit uetuſtatē. P. Alia.
Satiaſti dñe familiã compl.
tuã muneribꝫ ſacris. eius
q̃s ſemp̲ interuentiõe nos re
foue. cuius ſollempnia cele
bramus. P. Ad publicã miſſ̃am
Puer nat[us]
eſt nobis
et filius
datus eſt
nobis cu
ius imp̲
riũ ſup̲
humerũ eius et uocabit[ur] nomẽ
eius magni conſilij angelus. Ps.
Cantate dño canticũ nouũ q̃a
mirabilia fec[it].
Concede Or̃o
q̃s omnip̃s deus. ut nos
unigeniti tui noua p̲ carnem
natiuitas liberet quos ſub
peccati iugo uetuſta ſeruitus tenet.
Per eundẽ. Lc̃o yſaie ꝓphete.
Hec dicit dominus. Propter
hoc ſciet ꝓplus meus nomẽ
meũ in die illa: quia ego ipſe
qui loquebar ecce aſſum. Q̃
pulchri ſup̃ mõtes pedes ãnũ
ciantis. et p̃dicantis pacem
ãnunciantis bonũ. predican
tis ſalutẽ dicentis ſyon. Reg
nabit deus tuus. Vox ſpecu
latorũ tuorũ leuauerũt uocẽ.
ſimul laudabũt. q̃a oculo
ad oculum uidebũt cũ conuerterit
dñs ſyon. Gaudete et lau
date ſimul deſerta ier̃lm: q̃a
cõſolatus eſt dñs ꝓplm ſuũ.
Et uidebũt omnes fines tr̃e
ſalutare dei nr̃i. Ad hebreos.
Fratres: Multifariã mul
tiſqꝫ modis olim deus
loquens patribꝫ in ꝓphis nouiſ
ſime diebꝫ iſtis locutus ẽ nobis
in filio ſuo quẽ conſtituit heredẽ
vniuerſorũ: p̲ quẽ fecit ⁊ ſecla.
Qui cũ ſit ſplendor glie et fi
gura ſbe eius portanſqꝫ oĩa
uerbo uirtutis ſue. purgacionẽ
peccatorũ faciens ſedet ad dexte
ram maieſtatis in excelſis:
tanto melior angelis effectus
quãto differencius p̲ illis no
men hereditauit. Cui enim

dixit aliquando angelorum: filius
meus es tu ego hodie genui
te? Et rursum. Ego ero illi in pa
trem: et ipse erit michi in fili
um. Et cum iterum introducit
primogenitum in orbem terre dicit.
Et adorent eum omnes angeli
dei. Ad angelos quidem dicit.
qui facit angelos suos spiritus.
et ministros suos flammam
ignis. Ad filium autem. Thronus
tuus deus in seculum seculi: virga
equitatis virga regni tui. Di
lexisti iusticiam et odisti iniqui
tatem propterea unxit te deus deus
tuus. oleo exultacionis pre partici
pibus tuis. Et tu in principio
domine terram fundasti: et o
pera manuum tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt: tu autem permane
bis. Et omnes ut vestimentum
veterascent. et velut amictum
mutabis eos. et mutabuntur.
Tu autem idem ipse es et anni
tui non deficient. Gradale. Viderunt
omnes fines terre salutare dei
nostri. Versus. Notum fecit dominus salutare
suum ante conspectum gencium reve
lavit iusticiam suam. Alleluia. Versus. Di
es sanctificatus illuxit nobis

Iubilate deo omnis terra.

venite gentes et adorate dominum quia
hodie descendit lux magna super
terram. Sequencia. Natus ante secula.
Inicium sancti evangelii secundum Johannem.
In principio erat verbum. Et ver
bum erat apud deum. Et deus
erat verbum. Hoc erat in prin
cipio apud deum. Omnia per ip
sum facta sunt et sine ipso factum
est nichil. Quod factum est
in ipso vita erat. Et vita erat
lux hominum: et lux in tenebris
lucet. et tenebre eam non com
prehenderunt. Fuit homo missus
a deo: cui nomen erat Johannes.
Hic venit in testimonium: ut
testimonium perhiberet de lumine ut
omnes crederent per illum. Non
erat ille lux. sed ut testimo
nium perhiberet de lumine. Erat lux
vera: que illuminat omnem ho
minem venientem in hunc mundum.
In mundo erat et mundus per ipsum
factus est: et mundus eum
non cognovit. In propria venit
et sui eum non receperunt. Quotquot
autem receperunt eum dedit eis
potestatem filios dei fieri. hiis
qui credunt in nomine eius qui non
ex sanguinibus. neque ex vo

luntate carnis neqꝫ ex uolun
tate uiri · sed ex deo nati sunt ·
Et uerbũ caro factũ est et ha
bitauit in nobis · Et uidim⁹
gl'am eius: gl'am quasi uni
geniti a patre · plenũ grã et ue
ritate · Credo in unũ dr̃ off.
Tui sunt celi et tua est terra or
bem terrarũ et plenitudinẽ eius
tu fundasti iusticiã et iudiciũ pre
paracio sedis tue · Secr̃ · Obla
ta dñe munia noua unigeni
ti tui natiuitate sãctifica: nos
qꝫ a peccatorum nostrorum maculis
emunda · Prefacio · Et te deus
Quia per incarnati · Co · Vi
derũt oms fines terre salutare di
Prã q̃s omnips ds · Cōpl' · nũ ·
ut natus hodie saluator
mũdi · sicut diuine nobis
generacionis est auctor: ita
et ĩ mortalitatis sit ipse lar
gitor · P · De btã uirgine in fra
Deus q̃ Octãm nãtis dñi ·
D p btẽ Marie uirginis
ptum sine humana cōcu
piscencia procreatũ · ĩ filij
tui membra uenientes pr
nis fecisti p̃iudicijs non te
neri · prã q̃s ut huius crea
ture nouitate suscepta · ue
tustatis antiqꝫ contagijs
exuamur · Per eũ · Secr̃ · Sacri
ficia dñe ob beate dei geni
tricis semperqꝫ uirginis Ma
rie honorem deferentes q̃s ut
eius intercessione tibi fieri ac
ceptabiles mereamur · P · Cōplñ ·
Da q̃s dñe ppl'o tuo ĩuiola
bilem fidei firmitatẽ · ut qui
unigenitũ tuũ in tua tecum
gl'a sempiternũ ĩ ueritate corpo
ris uiri natũ de matre uirgine
maria cōfitentur et a psequentib;
liberentur offensis et mãsuris
gaudijs inserantur · Per eundẽ ·
De sancto Stephano prothomartire ·
Etenim sederũt principes et ad
uersum me loquebantur
et iniqui psecuti sũt me adiuua
me dñe deus meus q'a seruus
tuus exercebatur in tuis iustificacõ
nib; · Ps · Beati immaculati ĩ uia q̃
ambulant in lege dñi · Oracio ·
Da nobis q̃s dñe imita
ri qd̃ colimus ut discam⁹
et inimicos diligere quia eius
natalicia celebramus qui no
uit etiã p psecutoribus exorare ·
Ihesum xpm̃ · Lc̃ · actuũ aplorũ ·

In diebꝫ illis: Stephanus
plenus grā et fortitudine fa
ciebat ꝓdigia et signa magnā
in ppło. Surrexerūt autem
quidam de synagoga. que
appellabatur libertinorum et cy
renensiū et alexandrinorū
et eorum qui erant a cilicia et asia.
disputantes cū stephano: et
nō poterant resistere sapiencie
et spiritui qui loquebatur. Audi
entes autē hec dissecabantur
cordibꝫ suis et stridebāt den
tibꝫ suis in eū. Cū autē esset
stephanus plenus spū sancto:
intendens in celū vidit gloriam
dei et ihesum stantē a dextris vir
tutis dei et ait. Ecce video ce
los apertos et filiū hominis stan
tem a dextris virtutis dei. Ex
clamantes autē voce mag
na continuerūt aures suas.
et impetū fecerūt unanimit
in eū. Et eicientes eū extra
civitatē lapidabant. Et tes
tes deposuerūt vestimenta
sua secus pedes adolescentis:
qui vocabatur saulus. Et la
pidabāt stephanū invocantē
et dicentē. Dñe ihesu suscipe
spiritū meū. Positis autem
genibꝫ clamavit voce mag
na dicens. Dñe ihesu: ne statuas
illis hoc peccatū. Et cū hoc dix
isset obdormivit in dño. Gℓ.
Sederūt principes et adversum me
loquebantur et iniqui persecuti sūt me.
℣. Adiuva me dñe deus meus
salvū me fac propter misericordiam tuam
Alla. ℣. Video celos apertos et
ihesum stantem a dextris virtutis dei.
Seqꝫ. Hanc concordi famulatu
In illo tē: Dice ·S· Mathe·
bat ihesus turbis iudeorum et
principibꝫ sacerdotū. Ecce ego
mitto ad vos prophetas et sa
pientes et scribas et ex illis
occidetis et crucifigetis et
ex eis flagellabitis in syna
gogis vestris et persequimini de ci
vitate in civitatem ut veniat
super vos omnis sanguis ius
tus. qui effusus est super ter
ram. a sanguine abel iusti.
usque ad sanguinem zacharie
filii barachie. quem occidistis
inter templū et altare. Amen
dico vobis: venient hec omnia
super generationem istam. Iherusa
lem que occidis prophetas et

lapidas eos qui ad te miſſi ſu-
quociens uolui congregare
filios tuos queadmodum
gallina congregat pullos
ſuas ſub alas et noluiſti.
Ecce relinquetur uobis domꝰ
ur̄a deserta. Dico enim uobis:
nō me uidebitis amodo do
nec dicatis. Benedictus qui
uenit in noīe dnī. Credo
ī unū *nō dr̄ miſi fuerit dn̄ca. Off.*
Elegerūt apoſtoli ſtephanū
leuitā plenū fide ꝛ ſpū ſancto
quē lapidauerunt iudei orantē et
dicentē dn̄e iħu accipe ſpm̄ meū.
Suſcipe dn̄e munera *Secreta.*
m pro tuorum cōmemoracione
ſcōꝝ ut ſicut illos paſſio effe
cit glo̊ſos ita nos deuocio red
dat innocuos. P. *Co.* Video
celos apertos et iħm ſtantē a dex
tris uirtutis dei dn̄e iħu accipe
ſpm̄ meū et ne ſtatuas illis hoc
pc̄m quia neſciūt quid faciūt.
Auxilientur nobis *Post.*
dn̄e ſumpta myſteria: et inter
cedente bt̄o Stephano pᵗho
martire tuo ſempiterna ptec
cione confirment. P. *De
ſancto iohāne apli et ewn̄.*

In medio eccleſie aperuit os eiꝰ
et impleuit eū dn̄s ſpū ſapīe
et intellectus ſtola glīe induit eū.
V. Bonū eſt confiteri dn̄o et pſal
lere noī tuo altiſſime. *Oracio.*
Ecclesiam tuā dn̄e qs̄ be
nignus illuſtra: ut
bt̄i Johis apli tui et ewan
geliſte illuminata doctrinis ad
dona perueniat ſempiterna. P.
Qui timet *Lc̄. l. Sapiēcie.*
deū faciet bona. Et q̄
continens eſt iuſticie appre
hendet illam: et obuiabit
illi quaſi mater honorifi
cata. Cibauit illū pane ui
te ꝛ intellectꝰ: et aqua ſapi
encie ſalutaris potabit illū.
Et firmabitur in illo et non
flectetur: et continebit illū et
nō confundetur. et exaltabit
illū apud proximos ſuos.
In medio eccle aperuit os eiꝰ:
et impleuit eū ſpū ſapīe et
intellectꝰ ꝛ ſtola glīe induet
eū. Iocunditatē ꝛ exultacō
nē theſaurizauit ſup eū.
Et noīe eterno hereditauit il
lū. dn̄s deus nr̄. *Gr.* Ex
yt ſermo inter frēs quod diſ

cipulus ille nō moritur. V. Sed sic
eū uolo manē donec ueniā tu me
sequere. Alla. V. Hic est discipu
lus ille qui testimoniū phyhibet de
hijs et scim⁹ quia uerū ē testimoni
um eius. Sequ. I ohēs ihu x.
Illo t: Dixit S. Iohem.
ihus petro. Sequere me. Co
uersus petrus: uidit illum
discipulū quē diligebat ihus
sequentē. qui et recubuit ī ce
na sup pectus eius et dixit.
Dne: quis est qui tradet te:
Hūc ergo cū uidisset petrus
dixit ihu. Dne: hic autē qd.
Dicit ei ihs. Sic eū uolo
manere donec ueniā: quid
ad te. Tu me sequere. Exiuit
ergo sermo iste int fratres q̄a
discipulus ille nō moritur:
sed sic eū uolo manē donec
ueniā. quid ad te. Hic est
discipulus ille qui testimo
niū phyhibet de hijs. Et scrip
sit hec. Et scim⁹ quia uerū
est testimoniū eius. Offiu.
Iustus ut palma florebit sic
cedrus que in lybano est multipli
cabitur. Secr. Suscipe dne mu
nera que in eius sollempni

tate deferim⁹ cui⁹ nos confi
dim⁹ patrocinio liberari. P. Ista.
Te dne supplicat. Co. Exijt
sermo inter fres qd discipulus
ille nō moritur et nō dixit ihus
nō moritur sed sic cum uolo mane
donec ueniam. Compl. Refecti
cibo potuque celesti deus nr te
supplices exoram⁹ ut in cui⁹
hec comemoracōe pcepim⁹ ei⁹
muniam⁹ et precib⁹. P. Seq.
Bndicacō vini ad amorē sci
Johannis apostoli et euangeliste.
Deus et pater dn̄i nr̄i
Ihu xp̄i cuius uerbo
celi firmati sūt cui omnis cre
atura deseruit. et oīs potes
tas subiecta ē. metuit et ex
pauescit nos te auxilium
nrm inuocam⁹ cui audito
noīe serpens conquiescat.
draco fugit. silet uipera.
et subdita illi que uocatur
rana inquieta requiescit
scorpius extinguitur regulus
uincitur. spalangus nichil
noxium operatur. et oīa uene
nata et adhuc ferociora rep
tancia et animalia noxia
terrentur. et omis aduerse

salutis humane radices
arescat. Te ergo domine suppli
citer deprecamur ut bene✠dice
re et sanctificare ✠ digneris hanc
creaturam vini. ut quicunque
ex eo gustauerit per intercessio
nem dilecti tui iohannis euan
geliste et apostoli vitam consequatur
eternam et extingue ab omnibus
digne sumentibus siquid
venenum. siquid operacionis
mortifere sit. eos clementer
defensando. Per vnde. Oro.
Domine deus omnipotens ihesu christe
qui ex quinque panibus et duobus
piscibus quinque milia hominum sa
ciasti. qui es vitis vera multi
plica super nos tue misericordiam pie
tatis quemadmodum fecisti in
patribus nostris in tua misericordiam spe
rantibus bene✠dice et sanctifica
✠re dignare hanc creaturam
vini. quia ad sustentacionem
seruorum tuorum tribuisti ut ubi
cunque extra creatura usum fuit
vel a quocunque potatum diuine
bene✠diccionis tue repleatur
opulencia ut accipientibus ex
ea graciarum actione sancti
✠ficetur sumentibus esse. Qui cum

Deus qui mirabi Oro.
li potencia uinum produ
cis et uite ut inde exhilaretur
cor hominis. et qui mirabili po
tencia in chana galylee ad
portandum nupciali thalamo
aquam in uinum conuertisti qui
que mirabilissima potencia pri
marius sacerdotum creaturam
uini cotidie in sacratissimum
tuum transformas sanguinem. Deus
cuius potestate letatus Io
hannes ewangelista vene
nosi potus digessit toxicum
bene✠dicere dignare hanc cre
aturam vini. ut omnes ex eo gus
tantes expulso toto genere
nociuo in fuso tuo benediccio
nis misterio in anima et corpore
mereantur misericorditer exhy
larari. Qui cum. Sequentia Ewangelii.
a x iij In principio erat uerbum.
Postea dicatur ✠ ecce ✠ d
domine hec dona et hunc potum quem
de tua misericordia confidentes et de
tua clemencia presumentes su
mus potaturi. In nomine pa
✠tris et fi✠lij et spiritus ✠ sancti
tus sancti Amen. In honore
sancti iohannis venenum bibentis

et nichil mali pacientis sua

Ex ore in- De innocentibus -fancium deus et lactencium perfecisti laudem propter inimicos tuos. Ps. Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in universa terra. Oratio.

Sine gloria per Et sine alleluia in ... Si non fuit dominica.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes martires non loquendo sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis viciorum mala mortifica. ut fidem tuam quam lingua nostra loquitur etiam moribus vita fateatur. Per dominum. Lectio libri apocalipsis beati iohannis apostoli.

In diebus illis: Vidi supra montem syon agnum stantem: et cum eo centum quadraginta quatuor milia habentes nomen eius et nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Et audivi vocem de celo: tamquam vocem aquarum multarum. et tamquam vocem tonitrui magni. Et vocem quam audivi: sicut cytharedorum cytharizancium in cytharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem dei et ante quatuor animalia et seniores. Et nemo poterat dicere canticum nisi illa centum quadraginta quatuor milia. qui empti sunt de terra. Hii sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hii sequuntur agnum quocumque ierit. Hii empti sunt ex hominibus primicie deo et agno. et in ore ipsorum non est inventum mendacium. Sine macula sunt ante thronum dei. Off. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venancium. V. Laqueus contritus est et nos liberati sumus adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram. Pascha dr. Laus tibi christe. V. Te martirum candidatus laudat exercitus domine. Seq. Laus tibi christe. Secundum Matheum.

In illo tempore: Angelus domini apparuit in sompnis ioseph dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius. et fuge in egyptum et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim: ut herodes querat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius nocte et secessit in egyptum. et erat ibi usque

adolutū herodis: ut adim
pleretur qd̄ dictū est a dn̄o p
prophetam dicentē. Ex egypto
uocaui filiū meū. Tūc hero
des uidens qm̄ illusus esset
a magis: iratus est ualde.
Et mittens: occidit om̄es
pu̅os qui erant ī bethleem
iude ⁊ in omnib; finib; eius:
a bimatu ⁊ infra sc̄dm tēpus
qd̄ exquisierat a magis.
Tūc adimpletū ē qd̄ dictū
est p ieremiā pph̄etā dicē
tem. Vox ī rama audita ē.
ploratus et ululatus: rac
hel plorans filios suos. Et
noluit cōsolari quia nō sūt.
Credo ī unū non dr̄ n̄ fuerit ī
dn̄. Off. Anima nr̄a erepta sicut passer
est de laqueo uenanciū laqueus cont
tus est et nos liberati sum9. Secr.
Sanctorū tuorū nobis dn̄e
pia nō desit oracio: que et
munera nr̄a tibi conciliet: et
tuā nobis indulgenciā sp
obtineat. P. Sīficaci. Quia
p incarnati u̅ba. Co. Vox
in rama audita est ploratus et
ululatus rachel plorans filios
suos noluit consolari quia nō

Uotiua dn̄e pce capit9. sūt.
pimus. que scōr nobis pia
b; in nocentū. et p̄ntis nob
uite pariter et eterne tribue
conferre subsidiū. P. Sifica
fuit. Bn̄dicam9 dn̄o. Dn̄
infra octauā natiuitatis dn̄i.
Dum mediū silenciū tene
rent oīa et nox in suo cursu
mediū iter hēret omnipotens sermo tu
us dn̄e de celis a regalib; sedibus
uenit. Ps. Dn̄s regnauit decorē
indutus ē indutus ē fortitudinē
et pcinxit se uirtute. Gl̄a. Or̄o.
Omnipotens sempiterne deus: diri
ge actus nr̄os in bene
placito tuo. ut in noīe dilec
ti filij tui mereamur bonis ope
rib; habundare. Per eūdē. Ad Ga
lathas.
Fratres: Quanto tempore heres puulus est:
nichil differt a seruo cū sit
dn̄s oīm: sed sub tutorib; ⁊
actorib; est usq; ad p̄finitū
tempus a patre. Ita et nos
cū essemus paruuli: sb̄ ele
mentis mūdi huius eram9
seruientes. At ubi uenit
plenitudo tēpis misit deus
filiū suū natū ex muliere.

factū

factū ſub lege: ut eos qui ſub
lege erant redimeret· ut ad
optionē filiorū recipere'· Quo
niā autē eſtis filii dei: miſit
deus ſpiritū filii ſui in corda
nr̄a clamantē abba pater·
Itaq3 iam nō eſt ſeruus: ſed
filius· Quod ſi filius et he
res p deum· Gr̄· Speciosus for
ma pre filiis hoīm diffuſa ē gr̄a ī
labiis tuis· ℣. Eructauit cor meū
ūbū bonū dico ego opa mea regi lī
ua mea calamus ſcribe uelociter
ſcribentis· All'a· ℣. Dn̄s regnauit·
In illo tem: Erat S' lucā
ioſeph et Maria mater ihū:
mirātes ſup hiis que dice
bantur de illo· Et bn̄dixit
illis ſymeon: et dixit ad ma
riam matrē eius· Ecce poſi
tus eſt hic in ruinā ⁊ in reſ
urrectionē multorū in iſrahel·
⁊ in ſignū cui contradicetur·
Et tuam ipſius aīam ptrā
ſibit gladius: ut reuelent'
ex multis cordib3 cogitacō
nes· Et erat anna pphetiſſa
filia phanuel: de tribu aſer·
Hec pceſſerat ī dieb3 mul
tis: ⁊ uixerat cū uiro ſuo ā
nis ſeptē a uirginitate ſua:
⁊ hec uidua erat uſq3 ad an
nos octaginta quatuor· q̄
nō diſcedebat de templo ieiu
niis et obſecraciōib3 ſeruiēs
dn̄o nocte ac die· Et h' ipſa
hora ſuperueniēs cōfitebat'
dn̄o: ⁊ loquebat' de illo oīb3
qui expectabant redempcōnē
iſrl'· Et ut pfecerūt oīa ſe
cundū legem dn̄i: reuerſi
ſūt in galyleā ciuitatē ſuā
nazareth· Puer autē creſ
cebat et confortabat' plenus
ſapiencia· Et gracia dei erat
in illo· Off. D's enī firmauit·
Concede q̄s dn̄e: ut Secr̄·
oculis tue maieſtatis mu
nus oblatū· et graciā no
bis deuocōis obtineat et
effectū nobis ppetuitatis
acquirat· P· Com̄· Tolle
puerū ⁊ matrē eius ⁊ uade ī trā
iuda defuncti ſūt enī qui q̄rebāt
aīam pueri· Compl̄· Per hui'
dn̄e opacōem myſterii: et
uicia nr̄a purgent' ⁊ iuſta
deſideria compleant'· P·
In octaua dn̄i· Puer natus·
Deus qui ſalutis Orō·

eterne beate marie virginitate fe-
cunda humano generi premia
presta tribue quesumus: ut ipsam
pro nobis intercedere sentiamus:
per quam meruimus auctorem vite
suscipere. Per eundem. Ad Gala-
thas.
Fratres: Priusquam
veniret fides sub lege
custodiebamur: conclusi in eam
fidem que revelanda erat.
Itaque lex pedagogus noster erat
in Christo: ut ex fide iustificemur.
At ubi venit fides: iam non
sub pedagogo sumus. Omnes
enim filii dei estis per fidem que
est in Christo Ihesu. Quicumque enim
in Christo baptizati estis: Christum
induistis. Non est iudeus
neque grecus. non est servus
neque liber. non est masculus
neque femina. Omnes enim vos
unum estis in Christo Ihesu. Si
autem vos Christi: ergo abrahe se-
men estis secundum promissionem
heredes. Dico autem quanto
tempore heres parvulus est: nichil
differt a servo cum sit dominus o-
mnium: sed sub tutoribus et acto-
ribus est. usque ad prefinitum tem-
pus a patre. Gr. Viderunt alleluia.

Dies sanctificatus. Sequentia. Eya reco
In illo tempore: Postquam. S. Lucam.
consummati sunt dies octo. ut
circumcideretur puer vocatum
est nomen eius Ihesus. quod
vocatum est ab angelo: priusquam
in utero conciperetur. In vigilia
epiphanie. Lux fulgebit hodie. Oratio.
Corda nostra quesumus domine ven-
ture festivitatis splen-
dor illustret: quo mundi
huius tenebris carere valeamus:
et perveniamus ad patriam clarita-
tis eterne valentes. Per. Epistola.
Apparuit benignitas. Ad
Fratres: Scimus. Romanos.
quoniam quecumque lex
loquitur: hiis qui in lege sunt
loquitur: ut omne os obstru-
atur. et subditus fiat omnis
mundus deo. quia ex operibus le-
gis non iustificabitur omnis
caro coram illo. Per legem enim
cognicio peccati. Nunc autem
sine lege iusticia dei manifes-
tata est. testificata autem
a lege et prophetis: iusticia autem
dei per fidem Ihesu Christi in omnes
et super omnes qui credunt in
eum. Non enim est distinctio.

Offertorium. Tui sunt. Secreta. Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis: et celestibus nos
munda mysteriis et clementer exaudi. Per. Communio. Viderunt. Complenda. Da nobis
quesumus domine deus noster: ut qui nativitatem domini nostri nos frequentare gaudemus: dig-
nis conversationibus ad eius mereamur pervenire consortium. Per.

Omnes enim peccaverunt et egent gratia dei: iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem que est in christo ihesu. quem proposuit deus propiciacionem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iusticie sue: propter remissionem precedencium delictorum in sustentacione dei. ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore. ut sit ipse iustus et iustificans eum qui est ex fide ihesu christi domini nostri. Gr. Benedictus qui venit. Alleluia. V. Dominus regnavit. S. Nullo tempore. Defuncto Mathei. herode: ecce angelus domini apparuit in sompnis ioseph in egypto dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terram israhel. Defuncti sunt enim: qui querebant animam pueri. Qui consurgens accepit puerum et matrem eius et venit in terram israhel. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in sompnis secessit in partes galylee: et veniens habitavit in civitate que vocatur nazareth. ut

adimpleretur quod dictum est per prophetam. quia nazareus vocabitur. Off. Deus enim firmavit. a

Tribue quesumus domine ut Secreta. eum presentibus immolemus sacrificiis. et sumamus: que venturis sollempnitatis pia munia precesserunt. Per. Com. Tolle puerum. Comp. Illumina quesumus domine populum tuum. et splendore glorie tue cor eius accende: ut salvatoris mundi stella famulante manifestata nativitas. mentibus eorum semper reveletur et crescat. Per. In Epyphania domini.

Ecce advenit dominator dominus et regnum in manu eius et potestas et imperium. Ps. Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam

Deus qui Oracio filio regis. hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propicius: ut qui iam te ex fide cognovimus. usque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per. Lc. ysaie

Hec dicit dominus deus. Apostolus. Surge illuminare ierusalem

ov b ij

Officium de beata virgine Infra natale christi. Vultum tuum Or. Deus qui salutis eterne Ep. Omnia tempus habes. Gr. Diffusa est gratia. Alleluia. Post partum virgo inviolata permansisti dei genitrix intercede pro nobis. Se. Gaude dei genitrix quia vel Letabundus exultet. Ev. Erat ioseph Off. Offerentur minus Secr. Annentibus(?) Prefacio. Quia per incarnati Co. Tolle puerum et matrem eius Compl. Hec nos communio domine purget a crimine: et intercedente beata virgine dei genitrice maria celestis remedii faciat esse consortes. Per

Secreta. Annentibus … fidei sacramenta … qui … et hodie … tifere … na …

quia venit lumē tuū ⁊ gl'a
dñi sup te orta ē: quia ecce te
nebre operient terram. et caligo
p'los sup te autē oriet̄ dñs.
⁊ gl'a eius in te videbit̄. Et
ambulabūt gentes in lu
mīe tuo et reges in splendo
re ortus tui. Leva in circuitu
oc'los tuos ⁊ vide: oēs isti
congregati sunt venerūt
tibi. filij tui de longe venient:
et filie tue de latere surgent.
Tūc videbis ⁊ affluēs ⁊ mi
rabit̄ et dilatabit̄ cor tuū: qn̄
do cōūsa fuit ad te multitu
do maris. fortitudo gentiū
venerit tibi. Inundacio came
lorū operiet te. dromedarij ma
dian et epha. Oēs de sa
ba venient aurū et thus
deferentes et laudem dño
annūciantes. Gr̄. Omēs
de saba venient aur̄ et thus defe
rentes et laudem dño annūcian
tes. V. Surge et illuīare ierl'm
quia gl'a dñi sup te orta est. Alla
Vidim' stellā eius in oriente et
venim' cū muneribꝫ adorare dñm
Seqū. ſcl'a x̄ ois. S. mathm.
S. MATHEVS

Cum natus eēt ihūs
in bethleem iude ī die
bꝫ herodis regis: ecce ma
gi ab oriente venerūt ihe
rosolimā dicentes. Ubi ē
qui natus ē rex iudeor̄?
Vidimus eni stellā eius i
oriente: ⁊ venim' adorare
eū. Audiens aūt herodes
rex turbatus est: et oīs
ihrosolima cū illo. Et con
gregans oēs principes sa
cerdotū et scribas p'pli: sciscit
abat̄ ab eis ubi xp̄s nasce
ret̄. At illi dixerūt ei. In beth
leem iude. Sic enī scriptū ē
p p'phetam. Et tu bethleem
terra iuda. nequaq̄m mini
ma es in p'ncipibꝫ iuda: ex te
enī exiet dux qui regat p'
p'lū meū isrl'. Tunc hero
des clam vocatis magis:
diligent' didicit ab eis tempus stel
le que apparuit eis. Et mit
tens illos in bethleem dix
it. Ite ⁊ interrogate diligēt
de puero: et cū inveneritis re
nunciate m̄i ut ⁊ ego veniens
adorem eū. Qui cū audis
sent regem: abierūt. Et ec

ce stella quam viderant in ori
ente antecedebat eos: usque dum
veniens staret supra ubi erat
puer. Videntes autem stellam:
gavisi sunt gaudio mag
no valde. Et intrantes do
mum: invenerunt puerum cum
maria matre eius. Et proci
dentes: adoraverunt eum. Et a
pertis thesauris suis obtule
runt ei munera: aurum thus
et myrram. Et responso accep
to in sompnis ne redirent
ad herodem: per aliam viam
reversi sunt in regionem suam.
Credo dicitur. Off. Reges thar
sis et insule munera offerent reges
arabum et saba dona adducent et
adorabunt eum omnes reges terre omnes
gentes servient ei. Secreta. Ec
clesie tue quesumus domine dona propicius
intuere: quibus non iam aurum
thus et myrra profertur: sed
quod eisdem muneribus declaratur immo
latur et sumitur. Per. Prefacio.
Quia cum unigenitus. Adi
pocaz. Co. Vidimus stellam
eius in oriente et venimus cum mune
ribus adorare dominum. Complenda.
Presta quesumus domine deus noster: ut que

sollempni celebramus officio:
purificate mentis intelligen
cia consequamur. Per. Dominica infra.
In excelso throno Oct. epyph.
vidi sedere virum quem adorat multitudo
angelorum psallentes in unum ecce cuius
imperii nomen est in eternum. Ps. Jubi
late deo omnis terra servite domino in leticia
Vota quesumus domine supplican
tis populi celesti pietate
prosequere: ut et que agenda
sunt videant. et ad implen
da que viderint convalescant. Per.
Fratres: Obse Ad romanos.
cro vos per misericordiam dei:
ut exhibeatis corpora vestra
hostiam viventem sanctam deo
placentem. rationabile obse
quium vestrum. Et nolite confor
mari huic seculo: sed refor
mamini in novitate sensus
vestri. ut probetis que sit volun
tas dei bona et beneplacens
et perfecta. Dico enim per gratiam
que data est michi. omnibus
qui sunt inter vos. non plus
sapere quam oportet sapere. sed sapere
ad sobrietatem: et unicuique
sicut deus divisit mensu
ram fidei. Sicut enim in uno

corpe multa mēbra hēm⁹
oīa aute membra non
eundē actū hñt: ita multi
unū corpus sum⁹ in xp̄o. si
guli autē alt' alterius mem
bra: in xp̄o ih̄u dn̄o nr̄o. Gr.
Benedictus dn̄s deus isrl̄hel
qui facis mirabilia magna sol⁹
asecula. V. Suscipiant montes
pacē pplō tuo et colles iusticiā.
Alla. V. Iubilate deo oīs tra.
suite dn̄o in leticia. S. Luc.
In illo tem: Cum factus es
set ih̄s annorum duodeci: as
cendētibꝫ illis ĩ ih̄rosolimā
scd̄m consuetudinē diei festi.
cōsūmatisq; diebꝫ cū redi
rent. remansit puer ih̄s
ĩ ih̄rlm. et nō cognouerūt
parentes eius. Existimā
tes autē illū esse ĩ comitatu
uenerūt iter diei: et requi
rebant eū inter cognatos
et notos. Et nō ĩuenientes
regressi sūt in ih̄rlm requirē
tes eū. Et factū est post tri
duum. ĩuenerūt illū sedentē
in templo. ĩ medio doctorum:
audientē illos et interrogan
tem eos. Stupebant autē
omnes qui eū audiebāt: sup
prudencia et responsis eius.
Et uidentes: ammirati sunt.
Et dixit mater eius ad il
lū. Fili quid fecisti nobis sic:
Ecce pater tuus et ego: dolē
tes querebam⁹ te. Et ait ad
illos. Quid ē q̄d me quere
batis: Nesciebatis quia in
hijs que patris mei sūt oportet
me esse: Et ipsi nō ĩtellexerūt
uerbū: q̄d locutus ē ad illos.
Et descendit cū eis et uenit
nazareth: et erat subditus
illis. Et mater eius cōserua
bat omnia uerba hec: in corde
suo. Et ih̄s pficiebat etate
et sapiā et gr̄a apud deum
et homines. Off. Iubilate
deo oīs tra iubilate deo omnis
tra suite dn̄o in leticia intrate ĩ
conspectu eius in exultacōe quia do⁹
ipē est deus. Secr. Ut tibi gr̄
ta sint dn̄e munera. populi tui
supplicantis. ab omni q̄s eū
contagione prauitatis emū
da. P. Com. Fili quid fecisti
nobis sic ego et pr̄ tuus dolentes
querebam⁹ te et quid est q̄d me
querebatis nesciebatis quia in

hijs que patris mei sunt oportet me esse.
Supplices te rogamus Complenda. Omnipotens deus: ut quos tuis re-
ficis sacramentis: tibi etiam
placitis moribus dignanter de-
seruire concedas. Per. Feria iiij
Fratres: Consi Ad hebreos
derate apostolum et pontificem
confessionis nostre ihesum qui
fidelis est ei qui fecit illum:
sicut et moyses in omni domo
illius. Amplioris enim glorie
iste pre moyse dignus habitus
est: quanto ampliorem honorem
habet domus. qui fabricauit
illam. Omnis namque domus
fabricatur ab aliquo qui autem
omnia creauit deus. Et moy-
ses quidem fidelis erat in tota
domo illius tanquam famulus
in testimonium eorum que dicenda
erant: christus uero tanquam filius
in domo sua. que sumus nos:
si fiduciam et gloriam spei usque ad
finem firmam retineamus. Secundum Iohannem
In illo tempore: Vidit iohannes ihesum
uenientem ad se et ait. Ecce
agnus dei: ecce qui tollit pec-
cata mundi. Hic est de quo
dixi: post me uenit uir

qui ante me factus est. quia prior
me erat. et ego nesciebam eum.
Sed ut manifestaretur in israel prop-
terea ueni ego in aqua bapti-
zans. Et testimonium perhibuit io-
hannes dicens. Quia uidi
spiritum descendentem quasi colum-
bam de celo. et mansit super
eum: et ego nesciebam eum.
Sed qui misit me baptizare
in aqua: ille michi dixit. Super
quem uideris spiritum descendentem
et manentem super eum: hic est
qui baptizat in spiritu sancto.
Et ego uidi et testimonium perhi-
bui quia hic est filius dei.
In illo tempore: Feria vj. Secundum Lucam.
Egressus est ihesus in uirtute
spiritus in galyleam: et fama
exiit per uniuersam regionem de
illo. Et ipse docebat in synago-
gis eorum: et magnificabatur
ab omnibus. Et uenit naza-
reth ubi erat nutritus: et
intrauit secundum consuetudinem
suam die sabbati in synagogam.
et surrexit legere. Et traditus
est illi liber ysaie prophete.
Et ut reuoluit librum: inue-
nit locum ubi scriptum erat. Spiritus

domini super me propter quod unxit me:
evangelizare pauperibus misit me.
sanare contritos corde. predi
care captivis remissionem +
predicare annum domini acceptum
et diem retributionis. Et cum
plicuisset librum reddidit mi
nistro et sedit. Et omnium in
synagoga oculi: erant inten
dentes in eum. Cepit autem di
cere ad illos: quia hodie imple
ta est hec scriptura in auribus vestris.
Et omnes testimonium illi dabant:
et mirabantur in verbis gratie que
procedebant de ore ipsius. In octava
epiphanie. Ecce advenit. Oratio.

Deus cuius unigenitus in
substantia carnis nostre apparuit
pretamus: ut per eum quem similem
nobis foris agnovimus: in
tus reformari mereamur. Per.
In diebus illis: Lectio ysaie prophete.
Dixit ysaias. Domine deus me
us honorificabo te laudem tri
buam nomini tuo qui facis mira
biles res. consilium tuum antiqu
um fiat. Domine excelsum est
brachium tuum deus sabaoth:
corona spei. que ornata est
glorie. Exultet desertum. et exul
tent solitudines iordanis: po
pulus meus videbit altitu
dinem domini et maiestatem dei.
Et erit congregatus et redemp
tus per deum: et veniens in syon
cum gaudio et leticia sempiterna
erit super caput eius laus et
exultacio. Et aperiam in mon
tibus flumina: et in mediis campis
fontes dirumpam. et terram
sicientem sine aqua confirmabo.
Ecce puer meus exaltabitur
et elevabitur et sublimis erit
valde. Haurietis aquas in
gaudio de fontibus salvatoris.
et dicetis in illa die. confitemini
domino et invocate nomen eius.
Notas facite in populis adin
venciones eius memitote quoniam
excelsum est nomen eius. Can
tate domino quoniam magnifice fecit:
annunciate hec in universa terra
dicit dominus omnipotens. Secundum matheum.
In illo tempore: Venit ihesus
a galylea in iordanem ad iohan
nem: ut baptizaretur ab eo.
Iohannes autem prohibebat eum
dicens. Ego a te debeo bapti
zari: et tu venis ad me. Re
spondens autem ihesus: dixit ei.

+ et cecis visum di
mittere confractos
in remissionem.

Sine modo: sic enī decet nos
ad implere omnē iusticiā.
Tūc dimisit eū. Baptizat⁹
autē ihs: confestim ascendit
de aqua. Et ecce aperti sunt ei
celi: et uidit spm̄ dei descendē
tem sicut columbā ꝛ uenien
tē sup se. Et ecce uox de celis
dicens. Hic est filius me⁹
dilcc̄us in quo m̄i bn̄ cōplacui

Hostias tibi dn̄e ꝑ Secr̄.
nati filii tui apparicōe deferi
mus supplicit̄ exorantes. ut
sicut ipē nr̄or̄ est auctor mu
nerū. ita ipē sit misericors et
susceptor: Qui tecū. Pfa̅ Q̄a
cū unigenit⁹ filius. Cōp Ce
lesti lumē q̄s dn̄e semꝑ ꝛ ubiq̄
nos ꝑueni: ut misteriū cui⁹
nos participes esse uoluisti: et
puro cernam⁹ intu: ꝛ digno
ꝑcipiam⁹ effctū. P. Dn̄ca p̄ma

Omnis p⁹ octa̅s epiphe
Omnis terra adoret te deus et psal
lat tibi psalmū dicat nōi tuo al
tissīe. Ps̄. Jubilate deo oīs t̄ra psal
mū dicite nōi eius date gl̄am
laudi eius Oracio.

Omnipotens sempit̄ne deus qui
celestia simul et terrena
moderaris supplicacōes ꝑplī
tui demēter exaudi: et pacē
tuā nr̄is concede temꝑibz. P.
Fr̄s: Ha Ad Rōmanos
Habentes donacōes: scdm
gr̄am que data est nobis diffe
rentes. Siue ꝓphecia: scdm
racōnē fidei. Siue ministeriū:
i ministrando. Siue qui docz:
in doctrina. Qui exhortatur:
in exhortando. Qui tribuit:
in simplicitate. Qui ꝑest:
i sollicitudīe. Qui misere̅:
in hylaritē. Dileccō: sine si
mulacōe. Odientes malū:
adherentes bono. Caritatē
fraternitatis inuicē ꝑuenientes. [margin: + inuicē dili gentes: hōre]
Sollicitudīe nō pigri: spū
feruētes dn̄o seruientes.
Spe gaudentes: i tribulacōe
pacientes. Oracōi īstātes:
necessitatibz scōr̄ cōmunica
tes. Benedicite ꝑsequētib⁹ uos: [above line: hospitalitatem sectantes]
benedicite et nolite maledi
cē. Gaudēe cum gaudentib⁹
flere cū flentibz. Idipm̄ iu
icem sencientes. Non alta
sapientes: sed humilibz cō
sencientes. Gr̄. Misit dn̄s
Verbū suū et sanauit et eripuit

cos demtem eorum. V. Confiteantur
dño mīe eius et mirabilia eius
filijs hominū. Alla. V. Lauda
te deū oms angeli eius laudate
eū oms ũtutes eius. S. Johēz.
In illo tem: Nuptie facte
ſunt in chana galylee: et
erat mater ihū ibi. Voca
tus eſt autē et ihs: et diſci
puli eius ad nuptias. Et de
ficiente vino: dicit mat ihū
ad eū. Vinū nō hnt. Et dic
ei ihs. Quid michi et t̄ eſt
mulier: Non dū uenit hora
mea. Dicit mater eius miniſ
tris. Quodcūq; dixerit uo
bis facite. Erant autē ibi
lapidee ydrie ſex poſite ſe
cundū purificacōm iudeorum:
capientes ſingule metretas
binas uel ternas. Dicit eis
ihs. Implete ydrias aqua.
Et impleuerūt eas: uſq;
ad ſūmū. Et dicit eis ihs
Haurite nūc: et ferte arc
hitriclino. Et tulerūt. Ut
autem guſtauit architri
clinus aquam uinū factam.
et nō ſciebat unde eēt. miniſ
tri autē ſciebant q hauſerāt
aquā: uocat ſponſū archi
triclinus et dicit ei. Omnis
homo primū bonū uinū ponit:
et cū inebriati fuerīt tūc id
qd̄ deterius eſt. Tu autem
ſeruaſti bonū uinū: uſq; ad
huc. Hoc fecit inicū ſigno
rū ihs in chana galilee: et
manifeſtauit glām ſuā. Et
crediderūt in eū diſcipuli eius.
Iubilate deo uniūſa tra. Off.
Iubilate deo uniūſa tra pſalmū
dicite nomi eius uenite et audite
et narrabo uobis oms q timetis
deum quanta fecit dñs aīe mee.
Hec hoſtia dñe qs. Secret.
emundet nra delicta. et ad ſa
crificiū celebrandū tibi ſub
ditorum tibi corpa menteſq;
ſanctificet. P. Com. Dicit dñs
Implete ydrias aqua et ferte archi
triclino dum guſtaſſet architri
clinus aquam uinū factum dicit
ſponſo ſuaſti uinū bonū uſq; ad
huc hoc ſignū fecit ihs primum
coram diſcipulis ſuis. Compl.
Augeatur in nob dñe qs
tue uirtutis operacio: ut di
uinis uegetati ſacramentis.
ad eorum pmiſſa capienda

tuo inimicē ꝑparemur. Ps.
lo Feria quarta. Ad Efeſios
Fratres: Audiſtis diſpen
ſacionem dei que data ē
michi in vos ut impleam ū
bū dei. miſteriū qđ abſcon
ditū fuit a ſeculis et gñacio
nibꝫ. nūc autē manifeſt
eſt ſcīs eius quibꝫ voluit
deus notas facere diuicias
glē ſacramēti huius in gentibꝫ
qđ eſt xp̄s in vobis ſpes glē
quē annūciamus corripientes
omnem hoiēm et docentes in
omī ſapīa. ut exhibeamus
omnē hominē ꝑfectū in xp̄o
Ihū dn̄o nr̄o. S. matheū.
In illo tēm: Cū audiſſet
ihs qđ iohes traditus eēt.
ſeceſſit in galyleam: et re
licta ciuitate nazareth. ve
nit et habitauit in capharna
um maritima in finibꝫ za
bulon et neptalim via ma
ris tranſiordanē galilee gē
ciū populus qui ſedebat in
tenebris. vidit lucē mag
nam: et ſedentibꝫ in regione
umbre mortis: lux orta ē
eis. Et inde cepit ihs p̄di
care et dicere. Penitenciā agi
te: appropinquabit enim
regnum celorum. Feria vj. S. math.
In illo tēm: Circuibat ihs
totam galileam: docens
in ſynagogis eorum et p̄dicans
euglīm regni. et ſanans
omnē languorē et omnē
infirmitatē in ꝑplo. Et abi
it opinio eius: in totam ſy
riam. Et obtulerūt ei om̄s
male habentes. variis lan
guoribꝫ. et tormentis cōprehē
ſos: et qui demonia habebant.
et lunaticos et paraliticos. et
curauit eos. Et ſecute ſunt
eum turbe multe. Do. ſcda.
Adorate deum om̄s angeli
eius audiuit et letata eſt
ſyon et exultauerūt filie iude. Ps. Do
minus regnauit exultet terra letentur.
Omps ſē. Orō. Inſule multe.
Omnipotens ſempiterne deus infirmitatē
nr̄am propicius reſpice: atque
ad protegendū nos dexteram
tue maieſtatis extende. Ps.
Fratres: Noli. Ad Romanos
te eē prudentes apud
vos metipſos: nulli malū
pro malo reddentes. prouiden

res bona non tantū coram
deo · ſed etiā corā omnibꝫ ho
minibꝫ · Si fi poteſt qd̓ ex uob
eſt: cum omībꝫ hominibꝫ pacē
habentes: nō uos metipſos
defendentes · kmī · ſꝫ date lo
cum ire · Scriptū eſt enim ·
Michi uindictam ego re
tribuam dicit dn̄s · Sꝫ ſi
eſurierit inimicus tuus: ci
ba illū · Si ſitit: potū da il
li · Hoc enim faciens: car
bones ignis congeres ſup
caput eius · Noli uinci
a malo ſed uince in bono
malū · Gꝛ · Timebūt gē
tes nomē tuū dn̄e ⁊ om̄s reges
t̉re gl'am tuā · R · Quō edifica
uit dn̄s ſyon et uidebit̉ ī maieſ
tate ſua · Alla · V · Dn̄s regnauit
exultet t̉ra letent̄ inſule multe ·
In illo temp: Cū S̄ matheū
deſcendiſſet ihs de monte:
ſecute ſunt eum turbe mul
te · Et ecce lepſus ueniens
adorauit eū dicens · Dn̄e:
ſi uis potes me mūdare · Et
extendens ihs manū: teti
git eum dicens · Uolo ·

Mundare · Et confeſtī mun
data eſt lepra eius · Et ait
illi ihs · Vide nemī dixeris:
ſꝫ uade oſtende te ſacerdoti
⁊ offer munus qd̓ precepit
moyſes in teſtimoniū illis · Cū
autem introiſſet caphar na
um: acceſſit ad eum centu
rio rogans eū et dicens ·
Dn̄e puer meus iacet ī do
mo paraliticus: et male tor
quetur · Et ait illi ihs · Ego
ueniam: et curabo eū · Et re
ſpondens centurio ait · Do
mine nō ſum dignus ut ī
tres ſub tectū meū: ſꝫ tan
tū dic uerbo et ſanabitur
puer meus · Nam ⁊ ego
ſum homo · ſub poteſtate
hn̄s ſub me milites: et di
co huic uade et uadit: et
alij ueni et uenit: ⁊ ſeruo
meo fac hoc et facit · Audi
ens autē ihs miratus eſt:
et ſequentibꝫ ſe dixit · Amē
dico uobis: nō īueni tantam
fidem in iſrl' · Dico autem
uobis: qd̓ multi ab oriente ⁊
occidente uenient et recumb

recūbent cum abraham et yſaac
et iacob in regno celorum·
filij autē regni eicientur in te-
nebras exteriores· ibi erit
fletus et ſtridor dencium· Et
dixit ihſ centurioni· Vade:
et ſicut credidiſti fiat tibi·
Et ſanatus eſt puer in illa
hora· Off· Dextera dn̄i fecit
uirtutē dextera dn̄i exaltauit me
nō moriar ſed uiuā et narrabo
Oblata qs Secr· opa dn̄i·
dn̄e munera ſcifica· noſqʒ a
peccator̄ nr̄or̄ maculis emū-
da· P· Co· Mirabantur omnes
de hijs que procedebant de ore dei Ipl·
Quos tantis dn̄e largiris
uti miſterijs: qs ut effectibus
eor̄ nos ueraciter aptare
digneris· P· Fria iiij· Le· Ad ti-
Kme: fidelis ſ· motheū·
rmo et omni acceptōe
dignus: quia ihſ xpc uenit
in hunc mundū peccatores ſal-
uos facere quor̄ primus ego
ſum· Sʒ ideo miſericordiam
conſecutus ſū: ut in me pri-
mo oſtenderet ihſ xpc omnē
paciam ad informacōnem

eor̄ qui credituri ſunt illi
in uitā eternā· Regi autē
ſclor̄ īmortali inuiſibili ſoli deo honor
et gl'a in ſcl'a ſclor̄ amen·
In illo tēp: Cum S· Luca·
eſſet ihſ ī una ciuitatū: et ec-
ce uir plenus lepra et uidēs
ihſm et procidens in faciē ro-
gauit eum dicens· Dn̄e·
ſi uis potes me mūdare· Et
extendens manū: tetigit
eum dicens· Volo· Munda-
re· Et confeſtim lepra diſ-
ceſſit ab eo· Et ipſe precepit
illi ne cui diceret: ſed uade oſ-
tende te ſacerdoti et offer pro e-
mundacōe tua ſicut p̄cepit moyſes
in teſtimonium illis· Perambu-
labat magis ſermo de illo:
et conueniebant turbe multe·
ut audirent eū· et curarentur
ab infirmitatibʒ ſuis· Fr· vi·
In illo tēp: De S· Lucam·
ſcendit ihſ in capharnaū
ciuitatē galilee: ibiqʒ doce-
bat illos ſabbatis· Et ſtupe-
bant in doctrina eius: q'a ī
poteſtate erat ſermo ipſius·
Et in ſynagoga erat homo

habens demoniũ ĩ mũdũ:
et exclamauit uoce mag
na dicens. Sine. quid no
bis et tibi ihesu nazarene? Ve
nisti ante tempus perdere
nos? Scio te quis sis: sanctus
dei. Et increpauit illũ ihesus
dicens. Obmutesce: et exi
ab eo. Et cũ precessisset illum
demoniũ ĩ medio exijt ab
eo: nichilque illũ nocuit. Et
factus est pauor ĩ omnibus:
et colloquebantur ad inuicem
dicentes. Quod est hoc uer
bũ quia in potestate et uirtu
te imperat in mũdis spiri
tibus et exeunt? Et diuulga
ta est fama de illo ĩ omnem
locũ regionis. Dominica iiij post
epiphaniam. Adorate per totum.
Deus qui nos in Oratio.
tantis periculis cõsti
tutos. pro humana scis fra
gilitate nõ posse subsistẽ
re: da nobis salutẽ mentis et
corporis: ut ea que pro peccatis
nostris patimur: te adiuuãte
uincamus. Per dominũ
nostrũ. Ad Romanos
Fratres: Nemini quicquam
debeatis: nisi ut inuicẽ
diligatis. Qui enĩ diligit
proximũ: legẽ impleuit. Nã
nõ adulterabis nõ occides.
nõ furaberis. nõ falsũ testi
moniũ dices. nõ concupis
ces rem proximi tui. et si quod
est aliud mandatũ in hoc
uerbo instauratur. Diliges
proximũ tuũ: sicut teipsum.
Dilectio proximi: malũ non
operatur. Plenitudo ergo
legis est dilectio. S. Matheũ.
In illo tempore: Ascendente ihe
su ĩ nauiculã: secuti sunt
eũ discipuli eius. Et ecce mo
tus magnus factus est ĩ mari:
ita ut nauicula operiretur fluc
tibus. ipse uero dormiebat. Et
accesserunt et suscitauerunt eũ
dicentes. Domine salua nos
perimus. Et dicit illis. Quid
timidi estis modice fidei?
Tũc surgens imperauit uẽ
tis et mari: et facta est trã
quillitas magna. Porro
homines: mirati sunt dicẽtes.
Qualis est hic? Quia

uenti et mare obediunt
ei· Secre· Concede qs omps
deus· ut huius sacrificii mu
nus oblatum· fragilitatem
nostram ab omni malo pur
get semper et muniat· P· Compl·
Quia tua nos deus a de
lectationibus terrenis expediant:
et celestibus semper instruant
alimentis· P· feria iiij· l· e· Ad Romanos
Fratres: Sicut
per unius delictum omnes
homines in condempnacionem:
sic et per unius iusticiam omnes
homines in iustificacionem uite·
Sicut enim per inobedienciam
unius hominis peccatores con
stituti sunt multi: ita et per
unius obedicionem iusti
constituentur multi· Lex
autem subintrauit: ut habun
daret delictum· Ubi autem
habundauit delictum: superhabun
dauit gracia· ut sicut reg
nauit peccatum in mortem:
ita gracia regnet per iusticiam
in uitam eternam: per ihesum
christum dominum nostrum· S· Marcum·
In illo tempore: Exeuntes pharisei
cum herodianis: consilium
fecerunt aduersus ihesum quo
modo eum perderent· Ihesus autem
cum discipulis suis secessit
ad mare: et turba multa
a galilea et iudea secuta est
eum· et ab ierosolimis et
ab ydumea et transiordan
ne· et qui circa tyrum et sydo
nem· et multitudo magna
audientes que faciebat ue
nerunt ad eum· Et dixit dis
cipulis suis ut nauiculam
sibi deseruirent propter turbam:
ne comprimerent eum· Mul
tos enim sanabat: ita ut ir
ruerent in eum ut illum tange
rent· quotquot habebant pla
gas· Et spiritus immundi cum
illum uiderent: procidebant
ei et clamabant dicentes·
quia tu es filius dei· Et ue
hementer comminabatur il
lis: ne manifestarent illum·
Et ascendens in montem uo
cauit ad se quos uoluit ip
se: et uenerunt ad eum· Et
fecit ut essent duodecim cum
illo: et ut mitteret eos pre
dicare euangelium· Et dedit il
lis potestatem curandi infir

nutatos· et eiciendi demo
nia· Ewā vſ· S'm Lucam·
In illo tem̄: Factū eſt eū
tibꝫ diſcipulis in via: dix
it quidam ad ihm̄· Seq'r
te: quocūqꝫ ieris· Et ait
illi ihs· Vulpes foveas ha
bent· et volucres celi nidos
ubi requieſcant: filius ho
minis nō habet ubi caput
ſuū reclinet· Ait autē ad al
terū· Sequere me· Ille autē
dixit· Dn̄e permitte me pri
mum ire· et ſepelire patrē me
um· Dixit autē ei ihs· Si
ne mortuos ut ſepeliant
mortuos ſuos: tu autem
vade et annūcia regnum
dei· Et alter ait· Sequar
te dn̄e: ſꝫ primum permitte m̄
renūciare hijs que domi
ſunt· Et ait ad illū ihs·
Nemo mittens manum
ſuā in aratrū et aſpiciens
retro aptus eſt regno dei·

Familiā Dn̄· iiij· Oro·
tuam qs̄ dn̄e conti
nua pietate cuſtodi ut q̄
in ſola ſpe grē celeſtis ni
titur: tua ſemp̄ protectōe

muniat· P· Lc· e· b· Ad Colo
Fratres: Induite ·ſeuſes
vos ſicut electi dei ſcī
et dilecti viſcera miē: benigni
tatē· humilitatē· modeſtiam·
pacienciā· ſupportātes īui
cem· et donantes vobimet
ipſis ſiquis adverſus aliquē
habet querelā· ſicut et dn̄s
donavit vobis ita et vos·
Sup omnia autē hec carita
tem habentes: qd' ē vinculū p̄
fectionis· Et pax xpi exultet
in cordibꝫ vr̄is: in qua vo
cati eſtis in uno corpe et
grati eſtote· Verbū xpi ha
bitet ī vobis habundant': ī om̄
ſapia docentes· et cōmonē
tes voſmetipſos· pſalmis·
ympnis· et canticis ſpirita
libꝫ in grā cantantes ī cor
dibꝫ vr̄is deo· Omne qdcūqꝫ
facitis in v'bo aut in ope
omnia ī noīe dnī ihu: grās
agentes deo et patri· per ihm
xpm dnm̄ nr̄m· S· mathe'
In illo tem: Reſpondens ihs
dixit· Confiteor tibi pater
dn̄e celi et terre· quia ab
ſcondiſti hec a ſapientibꝫ

et prud

et prudentibus: et revelasti
ea parvulis. Ita pater: quo-
niam sic placitum fuit ante te. Om-
nia mihi tradita sunt a
patre meo. Et nemo novit
filium nisi pater: neque pa-
trem quis novit nisi filius
et cui voluit filius reve-
lare. Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati es-
tis: et ego reficiam vos. Tol-
lite iugum meum super vos:
et discite a me quia mitis
sum et humilis corde: et invenie-
tis requiem animabus vestris. Iu-
gum enim meum suave est et o-
nus meum leve. Secr. Hos-
tias tibi domine placationis of-
ferimus: ut et delicta nostra
miseratus absolvas et nu-
tantia corda tu dirigas. Per.
Da quaesumus omnipotens deus ut Comp.
illius salutaris capiamus
effectum: cuius per haec mysteria
pignus accepimus. Per. Dominica
Circumdederunt me ge- in lxx.
mitus mortis dolores in-
ferni circumdederunt me et in tribula-
tione mea invocavi dominum et exau-
divit de templo sancto suo vocem meam.

Ps. Diligam te domine virtus mea
dominus firmamentum meum et refugium.
Preces populi tui Or. quae-
sumus domine clementer exau-
di: ut qui iuste pro peccatis nostris
affligimur: pro tui nominis gloria
misericorditer liberemur. Per. Ad Cor.
Fratres: Nescitis ix.
quod hii qui in stadio
currunt omnes quidem currunt
sed unus accipit bravium.
Sic currite: ut comprehenda-
tis. Omnis enim qui in agone
contendit ab omnibus se ab-
stinet. Et illi quidem ut cor-
ruptibilem coronam accipiant:
nos autem incorruptam. Ego
igitur sic curro: non quasi in
na niniue dierum trium: et cepit ionas introire in ciuitatem itinere diei unius. et clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies: et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite in domino: et predicauerunt ieiunium. et uestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem. Et peruenit uerbum ad regem niniue: et surrexit de solio suo. et abiecit uestimentum suum a se. et indutus est sacco. et sedit in cinere. et clamauit et dixit in niniue ex ore regis et principum eius dicens. Homines et iumenta et boues et pecora non gustent quicquam nec pascantur: et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta clament in fortitudine ad dominum. Et conuertatur uir a uia sua mala. et ab iniquitate: que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus: et reuertatur a furore ire sue et non peribimus. Et uidit deus opera eorum. quia conuersi sunt de uia sua mala. et misertus est populo suo dominus deus noster. Gr. Deus exaudi orationem meam auribus percipe uerba oris mei. V. Deus in nomine tuo saluum me fac et in uirtute tua iudica me. Secundum Johannem.

In illo tempore: miserunt principes et pharisei ministros: ut apprehenderent ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum tempus uobiscum sum: et uado ad eum qui misit me. Queretis me et non inuenietis: et ubi sum ego uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus eum. Numquid in dispersionem gentium iturus est. et docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit queretis me et non inuenietis. et ubi sum ego uos non potestis uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis: stabat ihesus et clamabat dicens. Si quis sitit: ueniat ad me et bibat. Qui credit in me: sicut dicit scriptura flumina de uentre eius fluent aque uiue. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Offertorium.

Dn̄e conuiuēte et eripe aīam meā
ſaluū me fac ppt̄ miāz tuam.
Concede nobis dn̄e deꝰ Secr̄
nact. ut hec hoſtia ſalutaris
et nr̄oꝝ fiat purgacio delic
toꝝ: et ppicia tue cōnis maieſ
tatis. P. pf̄a. Oꝰ corpali ie.
Dn̄s uirtutū ipe eſt rex Co
gle. Cōp Sacramenti tui qs
dn̄e pticipacio ſalutaris:
et purificacōm nob' preſtat
et medelam. P. Sup ppl'm
Da qs dn̄e pplo tuo ſalutē
mētis et corpis: ut bonis
opibꝫ inherendo tua ſemp
merear' ptectione defendi
Expecta dnm̄ Fia iij. P.
Uiriliter age et cōfortetur
cor tuū et ſuſtine dnm̄ P. Dn̄s
illuīacō mea et ſalus mea q
Noſtra qs dn̄e Orō tibi
nūc tibi ſint accepta
ieiunia que nos et expian
do tua gr̄a dignos efficiāt:
et ad remedia et'na pdu
cat. P. Lc̄io Danielis ph̄e.
In diebꝫ illis: Congrega
ti ſunt babilonij ad regē:
et dixerunt ei. Trade nobis
danielem q̄ beel deſtruxit ⁊

draconem interfecit: alioquin
interficiem' te et domū tuam.
Vidit ergo rex qd' irruerent in eū
uehementer: et neceſſitate con
pulſus tradidit eis daniele̅
Qui miſerūt eum in lacum
leonū: et erat ibi ſex diebus.
Porro in lacu erant leones
ſeptē: et dabant' eis cotidie
duo corpa et due oues et tūc
non data ſunt eis. ut deuora
rent danielem. Erat autem
abacuc ppha ī iudea: et ipe cox
erat pulmentū ⁊ intriuerat
panes ī alueolo. et ibat in cā
pū ut ferret meſſoribꝫ. Dixitq
angl's dn̄i ad abacuc. Fer
prandiū qd' habes ī babylo
nem danieli: qui ē in lacu le
onū. Et dixit abacuc. Do
mine. babylonē nō uidi: et
lacū neſcio. Et apprehēdit
eum angl's dn̄i in uertice ei':
et portauit eum capillo ca
pitis ſui. poſuitq3 eū in ba
bylone ſup lacū in impetu
ſpūs ſui. Et clamauit abacuc
dicens. Daniel ſerue dei: tol
le prandiū qd' miſit t' deus.
Et ait daniel. Recordatus

cum es mei dn̄e deus meus: et
nō dereliquisti diligentes te.
Surgens ꝗ daniel comedit.
Porro angelus dn̄i restitu
it abacuc confestim in loco
suo. Venit ergo rex die septīo: ut
lugeret danielem. Et uenit
ad lacū et introspexit et ecce
daniel sedens ī medio leonū.
Et exclamauit rex uoce mag
na dicens. Magnus es do
mine deus danielis. Et ex
traxit eū de lacu: illos autē
qui perdicionis eius causa fu
erant ītromisit in lacū. et
deuorati sunt ī momēto co
ram eo. Tunc rex ait. Pa
ueant ōes habitantes in uniuersa
terra. deum danielis: quia ipse
est liberator et saluator. fa
ciens signa et mirabilia ī
celo et in terra. qui liberauit da
nielem de lacu leonū. Gr.
Discerne causā meā dn̄e ab ho
mine iniquo et doloso eripe me.
V. Emitte lucē tuā et ueritatem
tuā ipsa me deduxerunt et ad dux
erunt ī montem sēm tuū. Joh.
In illo tē: Ambulabat ihs
in galyleam: nō enī uole
bat in iudeam ambulare.
quia querebant eum iudei inter
ficere. Erat autē in proximo
dies festus iudeoꝝ scenophe
ia. Dixerunt autē ad eum
fr̄es eius. Transi hinc et ua
de in iudeam: ut et discipuli
tui uideant opa tua que fa
cis. Nemo quippe in oc
culto quid facit: et querit
ipse in palam ēē. Si hec fa
cis: manifesta teipsm mūdo.
Neqꝫ enī fr̄es eius: crede
bant in eum. Dicit ergo
eis ihs. Tempus meū nō
dum aduenit: tempus autē
uestrū semp est paratū. Nō
pt mūdus odisse uos: me
autē odit. quia ego testimō
niū phibeo de illo. quia opa
eius mala sūt. Vos ascen
dite ad diē festū hunc: ego
autē nō ascendam ad diē
festū istum. quia tempus
meū nō dū impletum est.
Hec cum dixisset: ipse man
sit in galylea. Vt autē ascē
derunt fr̄es eius: tunc et ipse
ascendit ad diem festum nō
manifeste. sꝫ quasi in occulto.

Iudei g° querebant eum i die
festo: et dicebant. Vbi ē ille.
Et murmur multus erat
de eo in turba. Quidā aūt
dicebant quia bonus ē. alij
autem dicebant. nō. sed se
ducit turbas. Nemo tñ
palam loquebatur de illo ppt
metū iudeoꝝ. Offiu Spe
rent in te oēs qui nouūt nomē
tuū dñe quoniā nō derelinquis querē
tes te psallite dño qui habitat in
syon quō nō est oblitus oratiōnē
Hostias tibi Secta paupm
dñe deferimus imolandas
que et temporali consolacōe
nos letificent: ut pmissa ē
eius nō desperem eterna. p.
Redime nos deus isrl Co
ex omnibus angustijs nostris.
Da qs omps deus. Compl
ut que diuina sunt iugit
exequentes: mereamur diuinis
celestibus ppinquare. p. Sup
Da nobis qs dñe ppulm
perseuerantē in tua uolunta
te famulatū: ut in diebus
nrīs et merito et numero ppls
tibi seruiens augeatur. p.
Liberator meus de Feria iiij.

gentib; iracundis ab insurgen
tibus in me exaltabis me a uiro
iniquo eripies me dñe. Ps. Di
ligam te dñe uirtus mea dñs
firmamentū meū et refugiū meū.
Sanctificato hoc Oro.
ieiunio deus tuoꝝ cor
da fideliū miserator illustra:
et quib; deuocōnis prestas
affectū: pstet supplicātib;
pium benignus auditū. p.
In diebus ill: lc̄o libri leuitici.
Locutus est dñs ad moy
sen dicens. Ego dñs deus
ur: non facietis furtū. non
menciemī. nec decipiet unus
quisq; pximū suū. nō p
iurabis in noīe meo. nec
polluces nomen dei tui ego
dñs. Non facies calump
niam proximo tuo: nec vio
primes eum. Non morabit
opus mercenarij tui apud
te: usq; mane. Non male
dices surdo. nec coram ceco
pones offendiculū: sed time
bis deum tuū quia ego sū
dñs. Non facies qd iniq̄
est: nec inique iudicabis.
Nō consideres psonā pau

peris: nec honores vultum
potẽtis. Iuste iudica ꝓxĩo
tuo. Nõ eris criminator: n
susurro in ꝑplis. Non sta
bis contra sanguinem ꝓxi
mi tui. ego dñs Nõ oderis frẽm
tuũ ĩ corde tuo: sed publice
argue eũ. ne habeas sup illo
pcm̃. Nõ queres vlcionẽ:
nec imemor eris iniurie ciui
ũ tuor. Diliges amicum
tuũ: sicut te ipm. Ego em
dñs: leges meas custodite.
Ego em sum dñs deus vr.
Exaltabo te dñe quo susce Grł
pisti me nec delectasti ĩnimicos me
os sup me. ℣ Dñe deus meus
clamavi ad te et sanasti me dñe.
abstraxisti ab inferis aĩam meã
saluasti me a descendentibus ĩ
In illo tem: scd̃m Iohez. lacũ.
sunt encenia in ierosolimis:
et hyemps erat. Et ambu
labat ihs in templo: ĩ por
ticu salomonis. Circũdede
runt eum g iudei: et dixerunt
ei. Quousqz aĩas nras
tollis: Si tu es xpus: dic
nobis palam. Rndit eis
ihs. Loquor vobis: et

non creditis m. Opa que
ego facio in nomĩe patris
mei: hec testimoniũ ꝑhibent
de me. Sed non creditis m:
quia non estis ex ovibus
meis. Oves mee vocem
meã audiunt: et ego cognos
co eas et sequũt me. et ego
vitam eternam do eis. et nõ pe
ribunt in eternũ et nõ rapiet
eas quisqm de manu mea.
Pater meus qd̃ dedit m maius
omnibz e: et nemo pt rape
re de manu pris mei. Ego et
pr vnũ sumus. Sustulerunt
lapides iudei: ut lapidarent
eum. Rndit eis ihs. Mul
ta bona opa ostendi vob
ex patre meo: ꝓpt qd eor
opus me lapidatis: Re
sponderunt ei iudei. De bo
no ope nõ lapidam te. sz
de blasphemia: et quia tu
homo cũ sis facis te ipm
deũ. Rndit eis ihs. Nõ
ne ĩ lege vra scriptũ e. qa
ego dixi dii estis: Si illos
dixit deos ad quos sermo
dei factus est. et non pt
solui scriptura: que pat

sanctificauit et misit in mun
dum · uos dicitis quia blas
phemas · quia dixi filius dei sum.
Si non facio opera patris mei.
nolite credere michi · Si autem
facio : et si michi non uultis credere.
operibus credite : ut cognosca
tis et credatis quia in me est pater
et ego in patre · Off. Eripe
me de inimicis meis deus meus
et ab insurgentibus in me libera me
Annue misericors Secr. domine
deus ut hostias placa
cionis et laudis · sincero tibi
deferamus obsequio · P. Co.
Lauabo inter innocentes manus
meas et circuibo altare tuum domine
ut audiam uocem laudis tue ut e
narrem uniuersa mirabilia tua ·
Celestis doni benedic Compl.
cione percepta · supplices te deus
omnipotens deprecamur : ut hoc idem
nobis et sacramenti causa
sit et salutis · P. Sup populum
Adesto supplicacionibus nostris
omnipotens deus · et quibus fiduciam sperande
pietatis indulges · consuete mi
sericordie tribue benignus effectum · P.
Omnia que fecisti Introitus · V.
nobis domine in uero iudi

cio fecisti quia peccauimus tibi et
mandatis tuis non obediuimus
sed da gloriam nomini tuo et fac no
biscum secundum multitudinem misericordie
tue · Ps. Magnus dominus et lauda
bilis nimis in ciuitate dei nostri
in monte sancto eius · Oracio.
Concede quesumus misericors deus :
ut sicut nos tribuis
sollempne tibi deferre ieiunium :
sic nobis indulgencie tue pre
stes benignus auxilium · P.
In diebus illis : l. Danielis prophete.
Orauit daniel dicens · Domine
deus ne despicias populum tuum ·
neque auferas misericordiam tu
am a nobis · propter abraham dilectum
tuum et ysaac seruum tuum · et israel
sanctum tuum : quibus locutus es
pollicens · quod multiplicares
semen eorum sicut stellas celi ·
et sicut harenam que est in lit
tore maris · quia ‡ ——— ‡ su
mus eque humiles in uniuersa
terra hodie propter peccata nostra ·
et non est in tempore hoc prin
ceps · et propheta et dux · neque ho
locaustum · neque sacrificium ·
neque oblacio · neque incensum ·
neque locus primiciarum coram

‡ domine imminuti su
mus plusquam omnes
gentes

te ut possimus invenire misericordiam. Sed in anima contrita et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum et taurorum: et sicut in milibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te domine. Et nunc sequimur in toto corde et timemus te et querimus faciem tuam: ne confundas nos sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam et secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis et da gloriam nomini tuo domine et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis mala. Confundantur in omnipotentia tua et robur eorum conteratur: et sciant quia tu es deus solus et gloriosus super omnem terram domine deus noster. Gr. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in aula sancta eius. V. Revelabit dominus condensa et in templo eius omnes dicent gloriam. S. Johannis.

In illo tempore: Cum audisset quidam de turba sermonem Jhesu dicebant. Hic est vere propheta. Alii dicebant: Hic est christus. Quidam autem dicebant. Numquid a galilea venit christus? Nonne scriptura dicit quia ex semine david et de bethleem castello ubi erat david christus venit? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super illum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos: et dixerunt eis illi. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri. Numquam sic locutus est homo: sicut hic homo. Responderunt ergo eis pharisei. Numquid et vos seducti estis? Numquid aliquis ex principibus credidit in eum aut ex phariseis? Sed turba hec que non novit legem: maledicti sunt. Dicit nichodemus ad eos ille qui venit ad ihesum nocte: qui unus erat ex ipsis. Numquid lex nostra iudicat hominem nisi

~~audierit~~ audierit ab ipso prius
et cognouerit quid faciat. Re
sponderunt et dixerunt ei. Num
quid et tu galyleus es? S
crutare scripturas et uide:
quia propheta a galylea non
surgit. Et reuersi sunt unus
quisque in domum suam. Offertorium.
Super flumina babylonis illic se
dimus et fleuimus dum recordare
mur tui syon. Secretum. Concede
nobis domine quesumus ut celebra
turi sancta mysteria non so
lum abstinenciam corporalem.
sed quod pocius habeamus
mencium puritatem. Per. Communio.
Memento uerbi tui seruo tuo
domine in quo michi spem dedisti hec
me consolata est in humilitate
mea. Complenda. Uegetet nos do
mine quesumus semper et innouet
tue mense libacio que fra
gilitatem nostram gubernet et
protegat: et in portum perpetue
salutis inducat. Per. Super populum.
Succurre quesumus domine populo
supplicanti. et opem tuam tri
bue benignus infirmis: ut
sincera mente tibi deuoti et
presentis uite remediis gaude
ant et future. Per. Feria vj.
Miserere michi domine quoniam tri
bulor libera me et eripe me
de manibus inimicorum meorum et a per
sequentibus me domine non confundar
quoniam inuocaui te. Ps. In te domine spe
raui non confundar in eternum et in ius
ticia tua libera me. Oracio.
Cordibus nostris quesumus domine
benignus infunde:
ut peccata nostra castigacione
uoluntaria cohibentes tem
poraliter pocius maceremur:
quam suppliciis deputemur
eternis. Per. Lectio Jeremie prophete.
In diebus illis: Dixit Jhe
remias. Domine. omnes qui te de
relinquunt confundentur. recede
tes a te in terra scribentur. quia
dereliquerunt uenam aquarum
uiuencium dominum. Sana me
domine et sanabor: saluum me
fac et saluus ero. quia laus
mea tu es. Ecce ipsi dicunt
ad me: ubi est uerbum domini?
Ueniat. Et ego non sum
turbatus te pastorem sequens:
et diem hominis non desideraui.
Tu scis. Quod egressum est
de labiis meis: rectum in con

spectu tuo sunt. Non sis michi formidini: spes mea in die afflictionis. Confundantur qui persequuntur me: et non confundar ego. Induc super eos diem afflictionis: et duplici contricione contere eos domine deus noster.

Pacifice loquebantur mihi *Gr.* inimici mei et in ira molesti erant michi. *V.* Vidisti domine deus meus ne sileas ne discedas a me. *Secundum Johannem.*

In illo tempore: Collegerunt pontifices et pharisei concilium: et dicebant. Quid facimus quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: omnes credent in eum. Et venient romani: et tollent nostrum et locum et gentem. Unus autem ex ipsis cayphas nomine cum esset pontifex anni illius: dixit eis. Vos nescitis quicquam nec cogitatis: quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetavit. quia Jhesus moriturus erat pro gente. et non tantum pro gente. sed ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ab illo ergo die: cogitaverunt ut interficerent eum. Jhesus ergo iam non palam ambulabat apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta desertum. in civitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis. *Offertorium.*

Benedictus es domine doce me iustificationes tuas et non tradas calumpniantibus me superbis: et respondebo exprobrantibus michi verbum.

Presta nobis quesumus. *Secreta.* Misericors deus. ut digne tuis servire semper altaribus mereamur: et eorum perpetua participacione salvari. Per dominum. *Communio.*

Ne tradideris me domine in animas persequencium me quia insurrexerunt in me testes iniqui et mentita est iniquitas sibi. *Complenda.* Sumpti sacrificii quesumus domine perpetua nos tuicio non relinquat: et noxia semper a nobis cuncta depellat.

Concede quesumus. *Super populum.* Omnipotens deus ut qui protectionis tue graciam querimus: liberi a malis omnibus secura

paveant illi et non paveam ego.

abiti

tibi mente serviamus. Per.
Iudica pro me. Require .vi. feria sabbato.
Proficiat quesumus domine Oratio.
plebs tibi dicata pie de
vocionis affectu: ut sacris acti
onibus erudita. quanto maiestati
tue fit gracior: tanto donis
pocioribus augeatur. Per. lectio
In diebus illis: Ieremie prophete.
Dixerunt impii iudei ad invi
cem. Venite cogitemus contra
iustum cogitaciones: non enim peribit
lex a sacerdote neque consilium
a sapiente. nec sermo a propheta.
Venite percuciamus eum in lingua
et non attendamus ad universos
sermones eius. Attende do
mine ad me: et audi voces
adversariorum meorum. Numquid
redditur pro bono malum?
Quia foderunt foveam anime
mee. Recordare quod steterim in
conspectu tuo: ut loquerer pro
eis bonum. et averterem indigna
cionem tuam ab eis. Propterea
da filios eorum in famem: et de
duc eos in manus gladii.
Fiant uxores eorum absque libe
ris et vidue: et viri earum inter
ficiantur morte. Iuvenes eorum

confodiantur gladio in prelio:
et audiatur clamor de domibus
eorum. Adduces enim super eos latro
nem repente: quia foderunt
foveam ut caperent me. et laque
os absconderunt pedibus me
is. Tu autem domine: scis omne
consilium eorum adversum me in
mortem. Ne propicieris iniquitati
eorum: et peccatum eorum a facie tua
non deleatur. Fiant corruentes
in conspectu tuo: in tempore furo
ris tui domine deus meus. Secundum
In illo tempore: dixit Iesus discipulis suis. Iohannem.
Amen amen dico vobis: nisi man
ducaveritis carnem filii hominis
et biberitis eius sanguinem non
habebitis vitam in vobis. Qui
manducat meam carnem et
bibit meum sanguinem: habet
vitam eternam. Et ego resuscita
bo eum in novissimo die. Ca
ro enim mea vere est cibus et san
guis meus vere est potus. Qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem: in me manet
et ego in eo. Sicut misit me
vivens pater: et ego vivo propter
patrem. Et qui manducat me
et ipse vivet propter me. Hic est

panis qui de celo descendit:
nõ sicut manducauerũt p̃res ũri
manna et mortui sunt. Q̃
mãducat hũc panẽ. uiuet
in et̃nũ. Hec dixit in syna
goga: docens in capharnaũ.
Multi g̃o audientes ex disci
pulis eius dixerunt. Durꝰ
est hic s̃mo: q̃s potest audi
re eum? Sciens autẽ ihesus
apud semetip̃m. quia mur
murarẽt de hoc discipli eiꝰ:
dixit eis. Hoc uos scanda
lizat. Si g̃o uideritis filium
hominis ascendentẽ ubi erat
prius: sp̃us est qui uiuifi
cat caro nõ prodest quicq̃m.
Verba que locutus sum uob
sp̃us et uita sũt. Sz sunt q̃
dam ex uob: qui nõ credũt.
Sciebat enĩ ab inicio ihesus
qui essent nõ credentes: et
dicebat. Propt̃ea dixi uobis:
q̃a nemo pt̃ uenire ad me.
nisi ei fuit datũ a prẽ meo.
Ex hoc multi discipulorũ eiꝰ
abierũt retro: et iam cũ illo
non ambulabant. Dix̃ g̃o
ihesus ad duodecim. Nũq̃d
et uos uultis abire. Rndit

et q̃s t̃diturus
eẽt eũ

ei symon petrus. Dñe ad q̃
ibimus? Verba uite eterne
hẽs: et non credimus et cog
nouim̃ q̃a tu es xp̃us filius
dei. Rndit ei ihesus. Nonne
ego uos duodecim elegi: Et
unus ex uob dyabolus est.
Dicebat autẽ iudã: symo
nis scariothis. Hic enim erat
traditurus eum cũ eẽt unꝰ
ex duodecim. Secreta. Acceptis
nos dñe q̃s reatibz et p̃icul'
p̃piciatus absolue: quos tã
ti mysterii tribuis eẽ p̃ticipes
Dsuum numeris Comp. P.
largitate saciati q̃s dñe tri
bue: ut hui' semp p̃ticipacõe
uiuamus. P. Sup populum.
Tueatur q̃s dñe dextera
tua p̃plm deprecantẽ. et pu
rificatũ dignant' erudiat:
ut cõsolacione p̃nti ad fu
tura bona p̃ficiat. P. Dñ.
Domine In palmis
ne longe facias auxi
lium tuũ a me ad de
fensionẽ meã aspice libera me de
ore leonis et a cornibz unicornium
humilitatẽ meã. ps. Deus deus
meus respice in me quare me

Omnipotens se· Oratio· Reliquisti·
mpiterne deus· qui humano
generi ad imitandum humilitatis
exemplum saluatorem nostrum
carnem sumere et crucem subire fe
cisti· concede propicius: ut et pa
ciencie ipsius habere documenta:
et resurrectionis consorcia mereamur·
Fratres: Ad philippenses Epistola
Hoc enim sentite in vobis:
quod et in christo ihesu· Qui cum in forma
dei esset· non rapinam arbitratus
est esse se equalem deo: sed semet
ipsum exinaniuit formam serui
accipiens· in similitudinem hominum
factus· et habitu inuentus ut homo·
Humiliauit semetipsum factus
obediens usque ad mortem· mor
tem autem crucis· Propter quod et
deus exaltauit illum· et donauit
illi nomen quod est super omne no
men: ut in nomine ihesu omne
genu flectatur· celestium terrestrium
et infernorum· Et omnis lin
gua confiteatur: quia dominus ihesus
christus in gloria est dei patris· Graduale
Tenuisti manum dexteram meam
in uoluntate tua deduxisti me·
et cum gloria assumpsisti me· Versus
Quam bonus israel deus rectis corde
mei autem pene moti sunt pedes
pene effusi sunt gressus mei· Quia
zelaui in peccatoribus pacem peccatorum
Deus deus meus Tractus·
respice in me quare me de
reliquisti· Versus Longe a salute mea
uerba delictorum meorum· Versus Deus meus
clamabo per diem nec exaudies et
nocte et non ad insipienciam michi·
Versus Tu autem in sancto habitas laus israel·
Versus In te sperauerunt patres nostri sperauerunt
et liberasti eos· Versus Ad te clamauerunt
et salui facti sunt in te sperauerunt
et non sunt confusi· Versus Ego autem
sum uermis et non homo obprobrium
hominum et abieccio plebis· Versus Omnes
qui uidebant me aspernabantur
me locuti sunt labiis et mouerunt
caput· Versus Sperauit in domino eripiat
eum saluum faciat eum quoniam
uult eum· Versus Ipsi uero considerauerunt
et conspexerunt me diuiserunt
sibi uestimenta mea et super
uestem meam miserunt sortem·
Versus Libera me de ore leonis et a
cornibus unicornium humilitatem
meam· Versus Qui timetis dominum
laudate eum uniuersum semen ia
magnificate eum
cob· Versus Annunciabitur domino gene
racio uentura et annunciabunt celi

iuſticiam eius. ℣. Populo q̇
naſcet̄ quem fecit dn̄s Paſſio
dn̄i nr̄i ihu xp̄i. Scđm Matheum.
In illo tem̄: d. i. diſci. ſuis.
Scitis quia poſt biduū paſ
cha fiet. et filius hoīs tra
detur ut crucifigatur. Tūc
congregati ſunt principes
ſacerdotum et ſeniores ꝑpli
in atriū pricipis ſacerdotū
~~ſacerdotum~~ qui dicebatur
cayphas: et conſiliū fecerunt
ut ihm̄ dolo tenerent et occide
rent. Dicebant autē. Non
in die feſto. Ne forte tumul
tus fieret in ꝑplo. Cum autē
eēt ihūs bethanie in domo
ſymonis lepꝛoſi. acceſſit ad
eum mulier habens alabaſ
trum ungenti p̄cioſi: et ef
fudit ſup caput ipſius recū
bentis. Videntes autē diſci
puli: indignati ſunt dicen
tes. Ut quid ꝑdicio hec? Po
tuit enī iſtud uenūdari mul
to: et dari paupibꝫ. Sciēs
autem ihūs: ait illis. Q̇d
moleſti eſtis huic mulieri?
Opus bonū: opata eſt in
me. Nam ſemp pauperes

habetis uobiſcū: me autē
non ſemp habebitis. Mittēs
enī hec ungentū hoc ī corp⁹
meū: ad ſepeliendū me fec̄.
Amē dico uobis: ubicūq̄
p̄dicatū fuit hoc ewāgliū
in toto mūdo. dicetur et q̇d
hec fecit ī memoriā eius. Tūc
abijt unus de duodecim q̇
dicitur iudas ſcarioth. ad
p̄ncipes ſacerdotū: et ait il
lis. Quid uultis michi da
re: et ego uobis eū tradam?
At illi conſtituerūt ei trigī
ta argenteos. Et exinde q̄
rebat oportunitatē: ut eū
traderet. Prima autē die
azimoꝝ acceſſerūt ad ihm̄
diſcipuli dicentes. Ubi uis
paremꝰ tibi comedē paſcha?
At ihūs dixit. Ite ī ciuitatē
ad quēdam: et dicite ei. Ma
giſter dicit: tempus meū
ꝑpe eſt apud te facio paſcha
cum diſcipulis meis. Et
fecerunt diſcipuli ſicut conſti
tuit illis ihs: et parauerunt
paſcha. Veſpe autē facto
diſcumbebat cū duodecim
diſcipulis ſuis: et edentibꝫ

illis dixit. Amen dico vobis:
quia unus vestrum me traditu
rus est. Et contristati valde:
ceperunt singuli dicere. Nu
quid ego sum domine? At ille re
spondens ait. Qui intingit
mecum manum in parapside: hic
me tradet. Filius quidem hominis
vadit sicut scriptum est de illo:
ve autem homini illi per quem
filius hominis tradetur. Bo
num erat ei: si natus non fuis
set homo ille. Respondens autem
iudas qui tradidit eum: dixit.
Numquid ego sum rabbi? A
it illi. Tu dixisti. Cenantibus
autem eis. accepit ihesus panem
et benedixit ac fregit: deditque
discipulis suis et ait. Accipi
te et comedite: hoc est corpus
meum. Et accipiens calicem
gratias egit: et dedit illis dicens.
Bibite ex hoc omnes. Hic est
enim sanguis meus novi tes
tamenti: qui pro multis effun
detur: in remissionem peccatorum.
Dico autem vobis: non bibam
amodo de hoc genimine vi
tis usque in diem illum cum illud
novum vobiscum bibam in regno

patris mei. Et ympno dicto: ex
ierunt in montem oliveti. Tunc
dicit illis ihesus. Omnes vos
scandalum patiemini in me: in
ista nocte. Scriptum est enim.
Percutiam pastorem: et dispergentur
oves gregis. Postquam autem re
surrexero: precedam vos in
galyleam. Respondens autem pe
trus. dixit illi. Et si omnes
scandalizati fuerint in te: ego
numquam scandalizabor. Ait il
li ihesus. Amen dico tibi: quia
in hac nocte antequam gallus
cantet. ter me negabis. At
illi petrus. Etiam si oportuerit
me mori tecum: non te nega
bo. Similiter et omnes discipuli
dixerunt. Tunc venit ihesus
cum illis in villam que dicitur
gethsemani: et ait discipu
lis suis. Sedete hic: donec
vadam illuc et orem. Et assum
pto petro et duobus filiis zebe
dei: cepit contristari et mestus
esse. Tunc ait illis. Tristis
est anima mea: usque ad mortem.
Sustinete hic: et vigilate
mecum. Et progressus pusil
lum: procidit in faciem suam

orans et dicens. Mi pater:
si possibile est transeat a me
calix iste. Veruntamen nō
sicut ego uolo: sed sicut tu.
Et uenit ad discipulos et in
uenit eos dormientes: et di
cit petro. Sic non potuistis
una hora uigilare mecū?
Vigilate et orate: ut nō in
tretis in temptacionē. Spiritus
quidem promptus est: ca
ro autem infirma. Iterum
secūdo abiit: et orauit dicens.
Pater mi: si non potest hic
calix transire nisi bibam il
lum fiat uoluntas tua. Et ue
nit iterū: et inuenit eos dor
mientes. Erant enī oculi
eorū grauati. Et relictis illis:
iterū abiit et orauit tercio. e
undem sermonē. Tunc uenit
ad discipulos suos et dicit eis.
Dormite iam: et requiescite.
Ecce appropinquabit hora: et
filius hominis tradetur in ma
nus peccatorū. Surgite eamus.
Ecce appropinquabit: qui me tra
det. Adhuc ipso loquente:
vii ecce iudas unus de duodecim uenit.
et cum eo turba multa cum
gladiis et fustibus: missi a prin
cipibus sacerdotū et senioribus
populi. Qui autem tradidit eū:
dedit eis signū dicens. Quē
cumque osculatus fuero ipse
est tenete eum. Et confestim
accedens ad ihesum dixit. Aue
rabbi. Et osculatus est eū.
Dixitque illi ihesus. Amice
ad quod uenisti? Tunc acces
serunt et manus iniecerunt
in ihesum: et tenuerūt eū. Et
ecce unus ex hiis qui erant
cum ihesu: extendens manū
exemit gladiū suū: et per
ciens seruū principis sacerdo
tū amputauit auriculā
eius. Tunc ait illi ihesus.
Conuerte gladiū tuū: in lo
cum suū. Omnes enī qui ac
ceperint gladiū: gladio pe
ribunt. An putas quia nō
possum rogare patrem meū.
et exhibebit michi plus quā
duodecim legiones ange
lorum? Quomodo ergo imple
buntur scripture? Quia sic
oportet fieri. In illa hora:
dixit ihesus turbis. Tamquam
ad latronē existis cū gla

dijs et fustibus comprehende
re. Cotidie apud vos sede
bam docens in templo: et nõ
me tenuistis. Hoc autẽ to
tum factũ est: ut adimpleren
tur scripture prophetarum. Tũc dis
cipuli omnes relicto eo fu
gerunt. At illi tenentes
ihm duxerũt ad cayphan
principem sacerdotũ: ubi scri
be et pharisei cõvenerant. Pe
trus autẽ sequebatur eum
a longe. usq; in atriũ pñcipis
sacerdotũ: et ingressus intro
sedebat cum ministris ut vi
deret finem. Principes au
tem sacerdotũ et omne conci
liũ querebant falsum testi
moniũ contra ihm: ut eũ morti
traderent & nõ invenerunt:
cum multi falsi testes acces
sissent. Novissime autem
venerunt duo falsi testes:
et dixerunt. Hic dixit: pos
sum destruere templum dei:
et post triduũ reedificare il
lud. Et surgens princeps
sacerdotũ: ait illi. Nichil
respondes ad ea que isti ad
versum te testificant? Ihs

autem tacebat. Et princeps
sacerdotũ ait illi. Adiuro te
per deum vivũ: ut dicas no
bis si tu es xpus filius dei. Dic
it illi ihs. Tu dixisti. Verũta
men dico vobis: amodo
videbitis filiũ hois sedentẽ
a dextris virtutis & venien
tem in nubibus celi. Tunc prin
ceps sacerdotũ. scidit vestim
ta sua: dicens. Blasphema
vit. Quid adhuc egemus
testibus? Ecce nunc audis
tis blasphemiã: quid vobis
videtur? At illi dixerunt.
Reus est mortis. Tunc ex
spuerunt in faciem eius & co
laphis eum ceciderunt: alij
autẽ palmas in faciem ei de
derunt dicẽtes. Prophetiza
nobis xpe: quis est qui te
percussit? Petrus vero sedebat
foris in atrio: et accessit ad
eum una ancilla dicẽs. Et
tu cũ ihu galileo eras. At ille
negavit coram omnibz dicẽs.
Nescio quid dicis. Exeunte
autẽ illo ianuã. vidit eũ
alia ancilla: et ait hijs qui
erant ibi. Et hic erat cum

ihu nazareno. Et iterum negauit
cum iuramento. Quia non
noui hominem. Et post pusil
lum accesserunt qui astabant:
et dixerunt petro. Vere tu ex
illis es: nam et loquela tua
manifestum te facit. Tunc
cepit detestari et iurare: quia
non nouisset hominem. Et con
tinuo gallus cantauit. Et
recordatus est petrus uerbi ihu
quod dixerat. priusquam gallus
cantet ter me negabis: et
egressus foras fleuit amare.
Mane autem facto consilium
inierunt omnes principes sacer
dotum et seniores populi ad
uersus ihm: ut eum morti
traderent. Et uinctum adduxe
runt eum: et tradiderunt pon
cio pylato presidi. Tunc ui
dens iudas qui eum tradi
dit quod dampnatus esset:
penitencia ductus. retulit
triginta argenteos. princi
bus sacerdotum et senioribus di
cens. Peccaui: tradens sang
uinem iustum. At illi dixerunt.
Quid ad nos? Tu uideris.
Et proiectis argenteis in tem
plo recessit: et abiens laqueo
se suspendit. Principes autem
sacerdotum acceptis argen
teis dixerunt. Non licet eos
mittere in corbonam: quia
precium sanguinis est. Consi
lio autem inito emerunt ex
illis agrum figuli: in sepul
turam peregrinorum. Propter hoc
uocatus est ager ille achel
demach: hoc est ager sang
uinis. usque in hodiernum diem.
Tunc impletum est quod dictum
est per ieremiam prophetam dicentem.
Et acceperunt triginta argen
teos precium appreciati quem
appreciauerunt a filiis israel: et
dederunt eos in agrum figuli.
sicut constituit michi dominus.
Ihesus autem stetit ante presidem.
Et interrogauit eum preses
dicens. Tu es rex iudeorum?
Dicit illi ihesus. Tu dicis.
Et cum accusaretur a principi
bus sacerdotum et senioribus:
nichil respondit. Tunc dicit il
li pylatus. Non audis
quanta aduersum te dicunt
testimonia? Et non respon
dit ei ad ullum uerbum: ita ut

miraretur preses vehementer.
Per diem autem sollempnem
consueverat preses dimittere
populo unum vinctum quem volu
issent. Habebat autem tunc
vinctum insignem qui dicebatur
barrabas. Congregatis autem
illis: dixit pylatus. Quem
vultis dimittam vobis: bar
rabam: an ihesum qui dicitur
christus? Sciebat enim quod per in
vidiam tradidissent eum.
Sedente autem illo pro tribuna
li: misit ad eum uxor eius di
cens. Nichil tibi et iusto
illi: multa enim passa sum ho
die per visum propter eum. Prin
cipes autem sacerdotum et senio
res persuaserunt populis ut pete
rent barrabam: ihesum vero per
derent. Respondens autem preses:
ait illis. Quem vultis vobis
de duobus dimitti. At illi
dixerunt. Barrabam. Dicit
illis pylatus. Quid igitur
faciam de ihesu qui dicitur
christus? Dicunt omnes. Cruci
figatur. Ait illis preses. Quid
enim mali fecit. At illi ma
gis clamabant: dicentes.

Crucifigatur. Videns autem
pylatus quia nichil proficeret.
sed magis tumultus fieret:
accepta aqua lavit manus
coram populo dicens. Innocens
ego sum a sanguine huius
iusti: vos videritis. Et re
spondens universus populus dixit.
Sanguis eius super nos: et
super filios nostros. Tunc dimi
sit illis barrabam: ihesum vero
flagellatum tradidit eis ut
crucifigeretur. Tunc milites
presidis suscipientes ihesum
in pretorium congregaverunt ad e
um universam cohortem: et
exuentes eum. clamidem
coccineam circumdederunt ei:
et plectentes coronam de spi
nis. posuerunt super caput eius:
et harundinem in dextera eius:
et genu flexo ante eum illude
bant dicentes. Ave rex iu
deorum. Et expuentes in eum:
acceperunt harundinem et per
cutiebant caput eius. Et
postquam illuserunt ei exuerunt
eum clamide et induerunt eum
vestimentis eius: et duxerunt
eum ut crucifigerent. Exeun

tes autē inuenerūt hominē
cyreneū noīe symonē: hunc
angariauīt ut tolleret crucē
eius. Et uenerūt in locum
qui dicit golgatha. qđ ē cal
uarie locus: et dederunt ei ui
nū bibē cum felle mixtū. Et
cū gustasset: noluit bibere.
Postquā autē crucifixerūt
eū: diuiserūt uestimēta eius
sortem mittētes. Et sedentes:
suabant eum. Et imposuerūt
sup caput eius causam ipiꝰ
scriptam: hic ē ihūs rex iu
deor. Tunc crucifixi sunt cū
eo duo latrones: unꝰ a dextris.
et unꝰ a sinistris. Pretereuntes
autē blasphemabant eum:
mouētes capita sua et dicē
tes. Vach: qui destruit tēplū
dei: ꝫ in triduo illud reedifi
cat. Salua temetipm: si filiꝰ
dei es descende de cruce. Silr
et principes sacerdotū illudē
tes cum scribis et senioribꝫ:
dicebant. Alios saluos fecit:
seipm nō pt saluū facē. Si
rex isrl' est descendat nunc de
cruce et credimꝰ ei. Confidit
in dnō: libet eū nūc si uult

Dixit enī: quia filius dei sū.
Idipm et latrones q̄ crucifixi
erant cum eo: inpperabant ei.
A sexta autē hora tenebre fc̄e
sunt sup uniūsam terram: us
qꝫ ad horam nonā. Et circa
horā nonā: clamauit ihūs
uoce magna dicens. Hely.
hely: lamazabatany. Hoc
est. Deus meus deus mēs:
ut quid dereliquisti me: Qui
dam autē illic stantes et au
dientes dicebant. Helyā
uocat iste. Et continuo cur
rens unus ex eis. acceptā
spongiā impleuit aceto: et
imposuit harundini. et dabat
ei bibere. Ceti uero dicebāt.
Sine: uideamus an ueniat
helyas liberans eum. Ihesus
autē itm clamās uoce mag
na: emisit spm. Et ecce uelū
templi scissum ē in duas p̄
tes asūmo usqꝫ deorsū: et t̄
ra mota est. et petre scisse sūt.
et monumenta aperta sūt
et multa corpa scōz qui dor
mierant surrexerunt: et exeū
tes de monumētis post resur
rectōm eius uenerūt in scām
ciuitatē: et apparuerūt multis.

Centurio autē et qui cum eo
erant custodientes ihm̄ uiso
terre motu et hiis que fiebant:
timuerūt ualde dicentes. Ve-
re dei filius erat iste. Erant aūt
ibi mulieres multe a longe que
secute erant ihm̄ a galylea
ministrantes ei: inter quas erat
maria magdalene. et maria
iacobi. et ioseph mater. et
mater filiorum zebedei. Cum sero
autē factū esset. uenit quidā
homo diues ab arimathia
noīe ioseph. qui et ipse disci-
pulus erat ihu: hic accessit
ad pylatū et petijt corpus
ihu. Tunc pylatus iussit
reddi corpus. Et accepto cor-
pore ioseph īuoluit illud in
sindone munda. et posuit illud
ī monumēto suo nouo. quod
exciderat in petra. et aduol-
uit saxum magnū ad ostiū
monumēti et abijt. Erat aūt
ibi maria magdalene et al-
tera maria: sedentes contra sepulchrum
Altera autē die que est post
parasceuen: conuenerūt prīci-
pes sacerdotū et pharisei ad py-
latum dicentes. Domine re-
cordati sumus: quia seductor
ille dixit adhuc uiuēs post
tres dies resurgam. Iube ergo
custodiri sepulchrum usque in di-
em tertiū: ne forte ueniant
discipuli eius et furentur eū.
et dicant plebi surrexit a mor-
tuis. Et erit nouissimus er-
ror peior priore. Ait illis py-
latus. Habetis custodiam:
ite custodite sicut scitis. Illi
autē abeuntes munierunt
sepulchrum: signantes lapidem
cum custodibus. Off. Impro-
perium expectauit cor meum et
miseriam et sustinui qui simul
contristaretur et nō fuit consolantem
me quesiui et nō īueni et dederūt
in escam meā fel et in siti mea po-
tauerunt me aceto. Secreta. Concede
quesumus dñe ut oculis tue maies-
tatis munus oblatū. et gratiam
nobis deuocionis obtineat:
et effectū beate perhennitatis ac-
quirat. P. prefatio. Qui salu-
tem ihu. Co. Pater si non potest
hic calix transire nisi bibam il-
lum fiat uoluntas tua. Comp.
Per huius dñe operacionē
mysterij et uicia nostra purgentur:

Iec iusta desideria compleantur. P[er]
Iudica dn̄e nocentes me. Offīa. ij.
expugna impugnantes me app̄
hende arma et scutū et exurge ī
adiutoriū meū dn̄e ītus salutis
mee. ps. Effunde frameā et con
clude aduersus eos q̄ me ꝑsequunt.
Da q̄s omīps or̄. Judica.
deus. ut qui in tot ad
uersis ex nr̄a infirmitate de
ficimus: intercedente pro nb̄
unigeniti filij tui passione
respiremus. Per. l. ysaie ꝓph̄e.
In diebz ill̄: Dixit ysaias.
Dn̄s deus aperuit michi
aurem: ego autem non ꝯtra
dico retrorsū nō abij. Corp⁹
meū dedi percucientibz: et ge
nas meas vellentibz. Faciē
meā nō auerti: ab increpan
tibz et conspuentibz in me.
Dn̄s deus auxiliator meus:
et ideo nō sum confusus. Et
posui faciē meā ut petram
durissimā: et scio quō non
confundar. Juxta ē qui iusti
ficat me: quis contradicit
m̄. Stemus simul: quis est
aduersarius meus? Acce
dat ad me. Ecce dn̄s deus
auxiliator meus: quis est
qui condempnet me? Ecce ōs
quasi vestimentū ꝯterent:
tinea comedet eos. Quis
ex vobis timens deū audi
et vocē servi eius? Quis
ambulauit ī tenebris et nō
est lumen ei? Speret in noīe
dn̄i: et innitatur sup dn̄o
deo suo. Gr. Exurge dn̄e et ī
tende iudiciū meū deus meus et
dn̄s meus ī causam meam. V.
Effunde frameā et ꝯclude aduers⁹
eos qui me ꝑsequuntur. S. Johan.
Ante sex dies pasche. ve
nit ihūs bethaniam
ubi fuerat lazarus mortu
us: quē suscitauit ihesus.
Fecerunt autē ei cenā ibi: et
martha ministrabat. Laza
rus vero unus erat ex discū
bentibz cū eo. Maria ergo ac
cepit libram unguenti nardi
pistici preciosi. et unxit pe
des ihū: et extersit capillis
suis pedes eius. et domus
impleta est ex odore unguēti.
Dicit ergo unus ex discipulis
eius Judas scarioths: q̄
erat eum traditurus. Quare

hoc unguentum non venijt trecentis denarijs: et datum est egenis? Dixit autem hoc: non quia de egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus. Sine illam: ut in diem sepulture mee servet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Cognovit ergo turba multa ex iudeis quia illic est: et venerunt non propter ihesum tantum. sed ut lazarum viderent quem suscitavit a mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et lazarum interficerent: quia multi propter eum abibant ex iudeis et credebant in ihesum. In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum cum audissent quia veniret ihesus ierosolimam: acceperunt ramos palmarum et processerunt obviam ei et clamabant. Osanna: benedictus qui venit in nomine domini: rex israhel. Et invenit ihesus asellum et sedit super eum: sicut scriptum est.

Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit sedens super pullum asine. Hec non cognoverunt discipuli eius primum: sed quando clarificatus est ihesus. tunc recordati sunt quia hec erant scripta de eo. et hec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba que erat cum eo quando lazarum vocavit de monumento: et suscitavit eum a mortuis. Propterea et obviam ei venit turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis quia nichil proficimus: Ecce mundus totus post eum abijt. Erant autem gentiles quidam ex hiis qui ascenderant: ut adorarent in die festo. Hij ergo accesserunt ad phylippum qui erat a bethsayda galylee: et rogabant eum dicentes. Domine: volumus ihesum videre. Venit phylippus: et dicit andree. Andreas rursum et phylippus: dixerunt ihesu. Ihesus autem respondit eis dicens. Venit hora: ut clarificetur filius hominis. Amen

R. Siqs m̄ miniſt̄ me ſeqtur ⁊ ubi ſū ego, illic ⁊ miniſt̄ meus eit

amen dico uobis: niſi granū fru-
menti cadens in terram mor-
tuū fuerit: ipſum ſolū manet.
Si autē mortuū fuerit: mul-
tū fructū affert. Qui amat
aīam ſuā: pdet eam. Et qui
odit aīam ſuā in hoc mūdo:
in uitā etiā cuſtodit eā. Siqs
m̄ miniſtrauit: honorificabit
eum pr̄ meus. Nunc aīa
mea turbata eſt: et quid di-
cam? Pater: ſaluifica me: ex
hac hora. Sz propterea ueni
in horā hanc. Pater: clari-
fica tuum nomē. Venit g̃
uox de celo. Et clarificaui:
et iterū clarificabo. Turba g̃
ſtabat et audierat: dicebat
tonitruū factū eſſe. Alij dice-
bant angl's ei locutus eſt.
Reſpondit ihesus et dixit. Nō
ppter me uox hec facta eſt: ſz
ppter uos. Nunc iudiciū ē
mundi: nunc princeps huius
mundi eiciet foras. Et ego
ſi exaltatus fuero a terra: oīa
traham ad meipm. Hoc
autē dicebat: ſignificans q̃
morte eēt moriturus. Reſpō-
dit ei turba. Nos audiuimus

ex lege: quia xp̄us manet in
eternum: et quomō tu dicis ex-
altari oportet filiū hominis?
Quis eſt iſte filius hominis?
Dixit g̃ eis ihūs. Adhuc
modicū lumen in uobis ē:
ambulate dū lucē habetis.
ut non tenebre uos compre-
hendant. Et qui ambulat in
tenebris: neſcit quo uadat.
Dū lucē hētis credite in lu-
cē: ut filij lucis ſitis. Hec
locutus eſt ihūs et abijt et
abſcondit ſe ab eis. Offin
Eripe me de inimicis meis dn̄e
ad te confugi doce me facē uolū-
tatē tuam quia deus meus es.
Hec ſacrificia nos Secreta tu
qs omps deus potenti uirtu-
te mundatos: ad ſuū faciāt
puriores uenire principiū. P.
Prefacio. Qui ſalutē hu. Co.
Erubeſcant et reuereant' oms
qui gratulant' malis meis induā-
tur pudore et reuerencia qui ma-
ligna loquunt' aduerſū me. Cōp.
Proficiant nobis dn̄e qs di-
uinū tua ſcā fiore: quo cor-
pit et actu delectent ⁊ fructu.
Adiuua nos ſr ppulū. P.

deus ſalutaris nr̄· et ad bn̄fi
cia recolendi quibus nos
inſtaurare dignatus es· tri
bue venire gaudentes· P.
Nos autem gl'ari· Offīa· iij·
oportet in cruce dn̄i noſtri
ihu xp̄i in quo eſt ſalus vita et re
ſurrectō nr̄a p quem ſaluati et li
berati ſumus· Ps· Deus miſeat̄
nr̄i et benedicat nobis illuminet
vultū ſuū ſup nos ⁊ miſeat̄ nr̄i·
Omps ſempr̄ deus· oracō·
da nobis ita dn̄ice paſ
ſionis ſacramenta pagere:
ut indulgenciā pcipe mere
amur· P· lcō Ieremie pphete·
In diebꝫ illis· Dixit ihere
mias· Dn̄e· demonſtraſti
michi et cognoui: tu oſten
diſti michi ſtudia eorū: et
ego quaſi agnus manſuet'
qui portatur ad victimā·
et non cognoui quia cogi
tauerunt ſup me cōſilia dicē
tes· Mittamus lignum in
panem eius· et eradamus
eū de terra viuenciū: et nomē
eius nō memoretur amplius·
Tu autē dn̄e ſabaoth qui
iudicas iuſte et pbas renes
et corda: videā vlcionē tuā
ex eis· Tibi enī reuelaui cāz
meā dn̄e deus meus· Gr̄·
Ego autē cum mi moleſti eſſet
induebam me cilicio ⁊ humiliabā
in ieiunio aīaz meā ⁊ oracō mea
in ſinu meo cōuertet̄· V· Iudica dn̄e
nocētes me expugna impugnā
tes me apphende arma et ſcutū
⁊ exſurge ī adiutoriū m· Paſſio dn̄i
nr̄i ihu xp̄iſti· Sc̄d' Marcum·
In illo tem: Erat paſcha ⁊
azima poſt biduum: et quē
bant ſummi ſacerdotes ⁊ ſcribe
quomō ihm dolo tenerent
et occiderent· Dicebāt enī·
Nō in die feſto· Ne forte tumul'
tus fieret ppli· Et cū eēt ihs
bethanie in domo ſymonis
lepſi et recumbēt: venit mlr
habens alabaſtrū vngēti nardi ſpi
cati precioſi: et fracto alabaſ
tro effudit ſup caput eius·
Erant autē quidā indigne fe
rentes· int̄ ſemetipſos· et dicē
tes· Vt quid pdicio iſta vn
genti fc̄a eſt? Poterat enī
vnguentū iſtud venundari
pluſqm̄ trecentis denariis:
et dari paupibꝫ· Et fremē

bant in eam. Jhesus aūt dix.
Sinite eā: quid illi molesti
estis? Bonū opus: opata
est ī me. Semp enim paupes
habetis uobiscū: et cū uo
lueritis potestis illis bene
face. me autē nō semp hē
bitis. Qđ habuit hec fecit:
puenit ungē corpus meū
in sepulturā. Amen dico
uobis: ubicūqȝ pdicatum
fuit euāglm istud ī uniuso
mūdo. et qđ fecit hec narra
bit̄ ī memoriā eius. Et Judas
scariothes unus de duodeci.
abiit ad sūmos sacerdotes:
ut pderet eū illis. Qui au
dientes gauisi sunt: et pro
miserūt ei pecuniā se datu
ros. Et querebat quomō il
lū oportune traderet. Et pmo
die azimoꝝ quādo pascha
īmolabant: dicunt ei disci
puli. Quo uis eamus et
paremus tibi ut manduces
pascha? Et mittit duos ex
discipulis suis: et dicit ill:
Ite in ciuitatē: et occurret
uobis homo lagenā aque
baiolans. sequimini eum et q

cumqȝ introierit dicite dño
domus. quia mgr dicit.
Ubi est refectio mea ubi pas
cha cū discipulis meis mā
ducem? Et ipse uobis demō
strabit cenaculū grāde strā
tum: et illic parate nobis.
Et abierūt discipuli eius:
et uenerūt ī ciuitatē: et inue
nerūt sicut dixerat illis: et
pauerūt pascha. Vespere
autē facto uenit cū duodecī:
et discūbentibꝫ eis et man
ducātibꝫ: ait ihs. Amē dico
uobis: qa un' ex uobis me
tradet qui manducat me
cū. At illi ceperūt cōtristari:
et dicē ei singillatī. Num
quid ego? Qui ait illis.
Unus ex duodecim: qui in
tingit mecū manū ī catīu
no. Et filius quidem hoīs
uadit sicut scriptū est de eo:
ue autē hoī illi p quē fili'
hoīs tradet'. Bonū erat ei.
si nō esset natus hō ille.
Et manducantibꝫ illis:
accepit ihs panē. et bn
dicēs fregit. et dedit eis et
ait. Sumite. hoc ē corpus

meū

meū· Et accepto calice grās
agens dedit eis: et biberūt
ex illo omnes· Et ait illis·
Hic est sanguis meus no
ui testamenti: qui pro multis
effundetur· Amen dico uobis:
qđ iam non bibā de genimi
ne uitis usq; in diem illum
cū illud bibam nouū in regno
dei· Et ymno dicto: exierūt
in montē oliuarum· Et ait eis
ihesus· Omnes uos scandali
zabimini in me in nocte ista: quia
scriptū est· Percutiā pastorē:
et dispergentur oues· Sed post
quā resurrexero: precedam
uos in galileam· Petrus
autē ait ei· Et si omnes scan
dalizati fuerint: sed non ego·
Et ait illi ihesus· Amen dico
tibi: quia tu hodie in hac
nocte· prius quā gallus bis
uocē dederit ter me es nega
turus· At ille amplius loq
batur· Et si oportuerit me
simul commori tibi: nō te ne
gabo· Similiter autē et omnes
dicebant· Et ueniunt in predi
um cui nomē gethsemani:
et ait discipulis suis· Sede

te hic: donec orem· Et assum
sit petrū et iacobū et iohannē
secum: et cepit pauere et te
dere· Et ait illis· Tristis est
anima mea: usq; ad mortē·
Sustinete hic: et uigilate·
Et cū processisset paululū:
procidit sup terram et orabat:
ut si fieri posset transiret
ab eo hora et dixit· Abba
pater: omnia possibilia tibi sunt·
transfer calicē hunc a me·
Sed nō qđ ego uolo: sed quod
tu· Et uenit et inuenit eos
dormientes: et ait petro· Sy
mon dormis: nō potuisti
una hora uigilare mecum:
Vigilate et orate: ut nō in
tretis in temptacionem· Spiritus
quidē promptus est: caro autē
infirma· Et iterum abiens:
orauit eundē sermonē· Et re
uersus denuo: inuenit eos
dormientes· Erant enim oculi
eorum grauati: et ignorabant
quid responderent ei· Et uenit
tercio: et ait illis· Dormi
te iā: et requiescite· Sufficit·
uenit hora: ecce tradetur fi
lius hominis in manus pecca·

Surgite eamus. Ecce qui me tra-
det prope est. Et adhuc eo loquen-
te: venit iudas scarioth unus
ex duodecim: et cum illo turba multa
cum gladiis et lignis: missi a
summis sacerdotibus et scribis et
senioribus. Dederat autem tra-
ditor eius signum eis dicens
Quemcumque osculatus fuero ipse
est tenete eum: et ducite caute.
Et cum venisset: statim accedens
ad eum ait. Rabbi: et osculatus
est eum. At illi manus iniece-
runt in eum: et tenuerunt eum.
Unus autem quidam de circumstan-
tibus educens gladium percussit
servum summi sacerdotis: et ampu-
tavit illi auriculam. Et respon-
dens ihesus ait illis. Tamquam
ad latronem existis cum gladi-
is et lignis: comprehendere me.
Cotidie apud vos eram in
templo docens: et non me te-
nuistis. Sed ut impleantur
scripture. Tunc discipuli
eius relinquentes eum. omnes
fugerunt. Adolescens autem qui-
dam sequebatur eum. amictus sin-
done super nudo: et tenuerunt
eum. At ille reiecta syndone:

nudus profugit ab eis. Et ad-
duxerunt ihesum ad summum sacer-
dotem: et convenerunt omnes
sacerdotes et scribe et seniores.
Petrus autem a longe secutus
est eum: usque intro in atrium
summi sacerdotis: et sedebat cum
ministris. et calefaciebat se
ad ignem. Summi vero sacerdotes
et omne concilium querebant
adversus ihesum testimonium. ut eum
morti traderent: nec inveni-
ebant. Multi autem falsum testi-
monium dicebant adversus eum:
et convenientia testimonia non
erant. Et quidam surgentes: fal-
sum testimonium ferebant adversus
eum dicentes. Quoniam nos au-
divimus eum dicentem: ego dis-
solvam templum hoc manu-
factum: et per triduum aliud non
manufactum edificabo. Et non
erat conveniens testimonium illorum.
Et surgens summus sacerdos
in medium: interrogavit ihesum
dicens. Non respondes
quicquam ad ea que tibi obici-
untur ab hiis? Ille autem tace-
bat: et nichil respondit. Rur-
sum summus sacerdos inter-

īterrogabat eum: et dixit ei. Tu
es xp̄us filius dei bn̄dicti:
Ihesus autē dixit ei. Ego ſum.
Et uidebitis filiū hoīs ſeden
tem a dextris uirtutis: et ue
nientē ī nubibꝫ celi. Summ⁹
autē ſacerdos ſcindens ueſtimē
ta ſua ait. Quid adhuc de
ſideramus teſtes? Audiſtis
blaſphemiā: quid uobis uidet̄.
Qui omnes cōdempnauerūt eū
eē reū mortis. Et ceperūt
quidā cōſpuere in eū et uelare
faciē eius: et colaphis eum
cedere. et dicere ei. Propheti za. Et
miniſtri alapis eū cedebant.
Et cū eēt petrus ī atrio deor
ſū. uenit una ex ancillis ſū
mi ſacerdotis: et cū uidiſſet
petrū calefacientē ſe. aſpici
ens illū ait. Et tu cū iheſu
nazareno eras. At ille nega
uit dicens. Neqꝫ ſcio: neqꝫ
noui quid dicas. Et exijt
foras ante atriū: et gallus
cantauit. Rurſus autē cū
uidiſſet illū ancilla: cepit
dicere circūſtantibꝫ. Quia hic
ex illis eſt. At ille iterū nega
uit. Et poſt puſillū rurſ⁹

qui aſtabant dicebant petro.
Vere ex illis es: nā et galileus
es. Ille autē cepit anathe
matizare et iurare. Quia neſ
cio hoīem iſtū quē uos dici
tis. Et ſtatim iterū gallus
cantauit. Et recordatus eſt
petrus uerbi qđ dixerat ei ihesus
priuſquā gallus cantet bis.
ter me negabis: et cepit fle
re. Et cōfeſtim mane cōſili
um facientes ſūmi ſacerdotes
cū ſenioribꝫ et ſcribis et uni
uerſo cōcilio: uincientes ihm
duxerunt et tradiderūt pylato.
Et interrogauit eū pylatus.
Tu es rex iudeorū: At ille reſ
pondens ait illi. Tu dicis. Et
accuſabant eū ſūmi ſacerdo
tes ī multis. Pylatus autē
rurſū interrogauit eū dicens.
Nō reſpondes quicquā: Vide
in quantis te accuſant. Ihs
autē amplius nichil reſpon
dit: ita ut miraretur pylatus.
Per diem autē feſtū dimittere
ſolebat illis unū ex uinctis
quemcūqꝫ petiſſent. Erat autē
qui dicebatur barrabas: qui cū
ſeditioſis erat uinctus. q

in sedicione fecerat homicidiū.
Et cū ascendisset turba: ce
pit rogare eū sicut semp fa
ciebat illis. Pylatus autē
respondit eis et dixit. Vultis
dimittā vobis regē iudeorū.
Sciebat enī qd' p inuidiā
tradidissent eum summi sa
cerdotes. Pontifices autē
concitauerunt turbā: ut ma
gis barrabam dimitteret eis.
Pylatus autē iterū respon
dens ait illis. Quid g' vul
tis faciam regi iudeorum?
At illi iterū clamauerunt. Cru
cifige eum. Pylatus vero
dicebat eis. Quid eī mali
oculū pro oculo. et dentē p dente.
Ego aūt dico uobis non re
sistere malo: sed siquis te per
cusserit te in dextram maxil
lam tuā prebe illi et alteram.
Et ille qui uult tecū in iudi
cio contendere et tunicā tuā
tollere: remitte ei et palliū.
Et quicūq; te angariauit
mille passus: uade cū illo

alia duo· Qui petit a te da
ei: et uolenti mutuari a te·
non auertaris· Feria vi· Secundum
In illo tempore: factum est Luca·
in una dierum docente ihesu po
pulum in templo et euangelizan
te: conuenerunt principes sac
erdotum et scribe cum senioribus·
et aiunt dicentes ad illum·
Dic nobis in qua potestate hec fa
cis: aut quis est qui dedit
tibi hanc potestatem: Respondens
autem ihesus: dixit ad illos· In
terrogabo uos et ego unum
uerbum: respondete michi· Bap
tismum iohannis de celo erat an
ex hominibus: At illi cogita
bant intra se dicentes· Quia
si dixerimus de celo· dicet· quare
ergo non credidistis illi: si autem
dixerimus· ex hominibus· plebs
uniuersa lapidabit nos· Cer
ti sunt enim: iohannem prophetam esse·
Et responderunt se nescire: unde
esset· Et ait illis ihesus· Neque
ego dico uobis in qua potes
tate hec facio· Dominica xvi·
Miserere michi domine quia ad
te clamaui tota die quia
tu domine suauis ac mitis es et
copiosus in misericordia omnibus
inuocantibus te· Psalmus· Inclina domine
aurem tuam et exaudi me quoniam in
ops et pauper sum ego· Oratio·
Fac nos domine quesumus prompta
tibi uoluntate subiectos:
et ad supplicandum tibi nostras
semper excita uoluntates· Per· Lectio·
Fratres: Ob Ad effesios·
secro uos ne deficiatis
in tribulationibus meis pro uobis:
que est gloria uestra· Huius rei
gratia flecto genua mea ad
patrem domini nostri ihesu christi: ex quo
omnis paternitas in celis et
in terra nominatur: ut det uobis
secundum diuicias glorie sue· uir
tute corroborari per spiritum eius·
in interiori homine habitare christum per
fidem in cordibus uestris· in cari
tate radicati et fundati· ut
possitis comprehendere cum om
nibus sanctis· que sit latitudo·
longitudo· sublimitas et pro
fundum· scire etiam supereminentem
sciencie caritatem christi· ut
impleamini in omnem plenitu
dinem dei· Ei autem qui po
tens est omnia facere superhun
danter quam petimus aut in

telligimus ſcdm virtutē q
operatur in nob: ipi glīa in ec
clesia et in xp̄o ihu ī omnes
generaciones ſcli ſclo꞉ amen
Timebūt gentes nomē **Gr.**
tuū dn̄e et oēs reges terre gl̄am tuā
V. Quō edificauit dn̄s ſyon et
videbit̄ ī maieſtate ſua **Alla.**
V. In exitu iſrl̄ ex egypto domus
iacob de ppl̄o barbaro **V.** Facta
eſt iudea ſanctificacō eius iſrl̄
poteſtas eius. **Sm̄ Lucam**
In illo tem: Ibat ihs in ciui
tatem q̄ vocat̄ naym: et i
bant cū illo diſcipuli eius
et turba copioſa. Cū autē
appropinquaret porte ciuitatis:
ecce defunctus efferebatur
filius matris vnicus ma
tris ſue. Et hec vidua erat:
et turba ciuitatis multa
cū illa. Quā cū vidiſſet
ihs: mīa motus ſup eam
dixit: illi Noli flere. Et acceſſit:
et tetigit loculū. Hij autē q
portabāt ſteterūt. Et ait.
Adoleſcens: tibi dico ſurge
Et reſedit qui erat mortuus
et cepit loqui: et dedit illū
matri ſue. Accepit autem
omēs timor: et magnificabāt
deū dicentes. Quia ppha
magnus ſurrexit in nobis:
et quia deus viſitauit ple
bem ſuā. **Off.** **D**n̄e ī auxili
um meū reſpice confundant̄ et re
uereant̄ qui q̄rūt aīa꞉ meā ut
Mundi nos **Sec.** auferāt eā
Dn̄e qs ſacrificij pn̄tis ef
fcū: et pfice miſeratus ī no
bis: ut eius mereamur eē ptici
pes. p. **Cō** **D**n̄e memorabor
iuſticie tue ſolius deus docuiſti
me a iuuentute mea et uſqꝫ in ſe
nectā et ſeniū deꝰ ne derelinqs me.
Purifica dn̄e qs m̄ **Comp.**
tes n̄ras benignus et reno
ua celeſtibꝰ ſacramentis: ut
conſequi et corpꝯ p̄ns
pit et futurū capiat auxiliū
p. **Ffia iiij. Ad Coloſenſes.**
Fratres: Videte ne quis
vos ſeducat p philo
ſophiā et ī anem fallaciā.
ſcdm tradicionē hominū.
ſcdm elementa mūdi. et nō
ſcdm xp̄m: quia in ipſo inhi
tat omis plenitudo diui
nitatis corpaliter. et eſtis ī
illo repleti. qui eſt caput

omnis principatus et potestatis
in quo et circumcisi estis · circum
cisione non manufacta · in expo
liatione corporis carnis · sed in c
ircumcisione xpi · consepulti
ei estis in baptismo · in quo et
resurrexistis per fidem operationis
dei · qui suscitauit illum a
mortuis : et uos cum mortui
essetis in delictis · et preputio
carnis uestre conuiuificauit cum
illo · donans nobis omnia
delicta : per ipsum xpm dominum nostrum ·
In illo tempore : Acce S · lucam
dens ad ihm quidam : ait illi ·
Magister bone : quid boni faciam
ut habeam uitam eternam?
Qui dixit ei · Quid me interro
gas de bono? Unus est bonus
deus · Si autem uis ad uitam
ingredi : serua mandata · Di
cit ille · Que? Ihesus autem dixit ei ·
Non homicidium facies : non
adulterabis · non facies fur
tum · non falsum testimonium dices ·
honora patrem tuum et matrem ·
et diliges proximum tuum sicut
te ipsum · Dicit illi adolescens ·
Omnia hec custodiui : quid
adhuc michi deest : Ait illi
ihesus · Si uis perfectus esse : ua
de uende que habes · et da
pauperibus et habebis thesaurum
in celo · et ueni sequere me · feria
In illo tempore : Ue vj · s · marcum ·
nit ihesus bethsaidam : et addu
cunt ei cecum · et rogabant eum
ut illum tangeret · Et apprehen
sa manu ceci eduxit eum extra
uicum : et expuens in oculos eius
impositis manibus suis ·
interrogauit eum si aliquid ui
deret · Et aspiciens ait · Video
homines uelut arbores ambu
lantes · Deinde iterum impo
suit manus super oculos eius :
et cepit uidere · Et restitutus
est : ita ut uideret clare omnia · Et
misit eum in domum suam dicens ·
Uade in domum tuam : et si in
uicum introieris nemini dixeris ·
Iustus es domine et rectum Dominica xvij
iudicium tuum fac cum seruo tuo se
cundum misericordiam tuam · ps Beati in
maculati in uia qui ambulant in lege domini ·
Da quesumus domine oratio ·
populo tuo diabolica
uitare contagia : et te so
lum deum pura mente sec
tari · p · Ad Effesios ·

[F]ratres: Obsecro itaque vos ego vinctus in domino: ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. cum omni humilitate et mansuetudine cum paciencia supportantes invicem in caritate. solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus et unus spiritus: sicut vocati estis in una spe vocacionis vestre. Unus dominus: una fides. unum baptisma. Unus deus et pater omnium qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis: qui est benedictus in secula seculorum amen. Gr. Beata gens cuius est dominus deus eorum populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Alleluia. V. Dilexi quoniam exaudivit dominus vocem meam. Secundum Lucam.

In illo tempore: Dum intraret ihesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem: et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam ydropicus: erat ante illum. Et respondens ihesus:

+ et videns ad illos dixit

dixit ad legisperitos et phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum: sanavit eum ac dimisit. + Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet. et non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hec respondere ei. Dicebat autem et ad invitatos parabolam: intendens quomodo primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum invitatus fueris ad nupcias. non discumbas in primo loco: ne forte honoracior te sit invitatus et veniens is qui te et illum vocavit dicat tibi da huic locum. et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade et recumbe in novissimo loco: ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi amice ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: quia omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Off.

Oravi deum meum ego daniel

dicens. Exaudi domine preces servi
tui illumina faciem tuam super sanctuarium
tuum et propicius intende populum
istum super quem invocatum est nomen
Maiestatem Secreta. tuum deus.
tuam domine suppliciter deprecamur
ut hec sancta que gerimus.
et a preteritis nos delictis ex-
uant et futuris. Per. Com.
Vovete et reddite domino deo vestro
omnes qui in circuitu eius affertis
munera terribili et ei qui aufert
spiritum principum terribili apud omnes
Sanctificacionem Compl. reges ter-
bus tuis omnipotens deus. et vi-
cia nostra curentur; et remedia
nobis eterna proveniant. Per.
Feria iiij. ieiunium mensis sept.
Exultate deo adiutori nostro
iubilate deo iacob sumite
psalmum iocundum cum cythara ca-
nite inicio mensis tuba quia pre-
ceptum in israel est et iudicium deo
iacob. Ps. Testimonium in ioseph po-
suit illud cum exiret de terra egypti
Misericordie tue Or. Fl. ge. le.
remediis quesumus domine fra-
gilitas nostra subsistat; ut
que sua condicione atteritur.
tua clemencia reparetur

Per. Lectio amos prophete
Ecce dicit dominus deus. Ec-
ce dies venient. et compre-
hendet arator messorem; et cal-
catorem uve mittentem semen.
Et stillabunt montes dulce-
dinem; et omnes colles culti
erunt. Et convertam captivitatem
populi mei israel; et edificabunt
civitates desertas; et inhi-
tabunt in eis. Et plantabunt
vineas et bibent vinum
earum; et facient hortos. et co-
medent fructus eorum. Et
plantabo eos super humum
suam; et non evellam eos ul-
tra de terra sua quam dedi eis; di-
cit dominus omnipotens. Gr. Protec-
tor noster aspice deus et respice su-
per servos tuos. V. Domine deus vir-
tutum exaudi preces servorum tuorum
Presta quesumus domine fami Or.
lie tue supplicanti; ut
dum a cibis corporalibus se
abstinet; a viciis mente
ieiunet. Per. Lectio libri Hesdre.
In diebus illis; Congregatus
est omnis populus quasi vir unus
ad plateam que est ante por-
tam aquarum; et dixerunt hes-

dre scribe ut afferet librum
legis moysi · quē precepit
dn̄s israheli · Attulit ergo
hesdras sacerdos legē coram
multitudine uiror͛ ac mu
lierū · cunctisq; qui poterant
intelligē ī die prima mensis
septimi : et legit in eo ī pla
tea que erāt ante portam
aquar͛ · amane usq; ad
mediā diem · ī conspectu uiro
rū ac mulierū et sapientiū ·
Et aures omnis ppl'i : erant
erecte ad librū · Stetit aūt
hesdras scriba sup gradum
ligneū quē fecerāt ad loquē
dum et steterunt iuxta eū ·
Et aperuit hesdras librum
coram omni ppl'o : et bn̄dix
esdras dn̄o deo magno · Et
respondit oīs ppl's · amē ·
Et Eleuan[te]s aūt oīs ppl's
manus suas ī curuati sūt :
et adorauerunt proni in terra ·
Porro leuite silenciū faci
ebant in ppl'o : ad audien
dum legē · Ppl's aūt stabat
in gradu suo · Et legerunt
in libro dei distincte : et ap
te ad intelligendū · Dixit
autē neemias sacerdos · Hes
dre et leuite : dies sanctifica
tus ē dn̄o deo nr̄o : nolite
lugē · et nolite flere · Et dix
it eis · Ite et comedite ping
uia · et bibite mustū : et mit
tite partes eis qui nō pre pa
uerunt sibi · quia scūs dies
dn̄i est · et nolite contristari ·
Gaudiū etenī dn̄i est · for
titudo nr̄a · Gr̄ · Quis sicut
dn̄s deus nr̄ qui in altis habitat
humilia respicit in celo et ī terra ·
V̄ · Suscitans a terra inopē et de
stercore erigens pauperem · Sm̄
In illo temp̄ : Respondens marcū ·
unus de turba : dixit ad ihm̄ ·
Magr̄ · attuli filiū meum
ad te habentem spm̄ mutū :
q̄ ubicūq; apprehendit eū
allidit eum · et spumat · et
stridet dentib; et arescit · Et
dixi discipulis tuis ut eice
rent eū : et nō potuerūt · Qui re
spondens dixit eis · O gnā
incredula : qm̄ diu apud
uos ero · qm̄ diu uos pa
ciar : Afferte illum huc ad
me · Et attulerūt eū · Et
cū uidisset eū : statī spūs

conturbavit illum et elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogavit patrem eius. Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille dixit. Ab infancia. Et frequenter eum in ignem et in aquam misit: ut eum perderet. Sed si quid potes adiuva nos: misertus nostri. Jhesus autem ait illi. Si potes credere: omnia possibilia credenti. Et continuo exclamans pater pueri: cum lacrimis aiebat. Credo domine: adiuva incredulitatem meam. Et cum videret ihesus turbam concurrentem: comminatus est spiritui inmundo dicens illi. Surde et mute spiritus: ego precipio tibi exi ab eo. et amplius ne introeas in eum. Et clamans et multum discerpens eum: exijt ab eo. Et factus est sicut mortuus: ita ut multi dicerent. quia mortuus est. Jhesus autem tenens manum eius: elevavit eum: et surrexit. Et cum introisset in domum: discipuli eius secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eum eicere. Et dixit eis. Hoc genus in nullo potest exire nisi in oratione et ieiunio. Off. Meditabor in mandatis tuis que dilexi valde et levabo manus meas ad mandata tua que dilexi. Secreta.

Hec hostia quesumus domine emundet nostra delicta. et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. P. Con.

Comedite pinguia et bibite mulsum et mittite partes eis qui non preparaverunt sibi sanctus enim dies domini est nolite contristari gaudium etenim domini est fortitudo nostra. Compl.

Sumentes domine dona celestia suppliciter deprecamur: ut que sedula servitute te donante gerimus: dignis sensibus tuo munere capiamus.

Lectio ex que feria vi. P.

Letetur cor querentium dominum querite dominum et confirmamini querite faciem eius semper. Ps. Confitemini domino et invocate nomen eius annunciate inter gentes opera eius. Or.

Presta quesumus omnipotens deus ut observaciones sacras annua devocione recolentes: et corpore tibi placeamus

et mente. P. l' Osee ꝓphete.
Hec dicit dn̄s. Conuertere
isrł ad dnm̄ deū tuū:
quo corruisti in iniquitate
tua. Tollite vobiscū uba:
et cōuertimini ad dnm̄ et dicite
ei. Omnē aufer iniquitatē
et accipe bonū: et reddemus
uitulos labiorum nr̄oꝝ. Assur
nō saluabit nos: sr̄ equos
nō ascendem᷒. nec dicemus
ult̄ dy nr̄i opa manuum
nr̄aꝝ. q̄a eius qui inte est
misereberis pupilli. Sanabo cō
tricōes eoꝝ: diligam eos
spōtanee. q̄a auersus est
furor me᷒ ab eis. Ero q̄si
ros: isrł germinabit quasi li
liū. Erumpet radix ei᷒ ut
lybani: ibunt rami eius.
Et erit quasi oliua gl̄a eius:
et odor eius ut lybani. Con
uertent᷒ sedentes i umbr̄ eius:
uiuēt tritico et germinabūt
quasi uinea. Memoriale
eius: sicut uinū lybani.
Ego exaudiā et dirigā eū:
ego ut abietē uirētē. ex me
fructus eius i uentꝰ ē. Qs
sapiens et intelliget ista:
intelligens sciet h᷒. Quia
recte uie dni. et iusti am
bulant in eis. Gr. Confitemini
dn̄e aliquātulū et deprecare sup
seruos tuos. V. Dn̄e refugiū
fc̄ꝰ es nobis a gn̄acōe et ꝓgenie.
In illo tem: Ro. S. Lucam.
Rogabat ihm̄ quidam phariseꝰ:
ut cū illo manducaret. Et
ingressus domū pharisei
discubuit. Et ecce mulier
que erat i ciuitate peccatrix:
ut cognouit qd̄ accubuisset
in domo pharisei. attulit ala
bastrū unguēti. et stās ret
secus pedes eius. lacrimis
cepit rigare pedes eius. et
capillis capitis sui terge
bat. et osculabatur pedes
eius. et unguento ungebat.
Videns aūt phariseus qui
uocauerat eum: ait intra
se dicens. Hic si eēt ꝓpha:
sciret utiqꝫ que et qualis ē
mulier. que tangit eū q̄a pec
catrix est. Et respondens ihs:
dixit ad illū. Symon: ha
beo tibi aliquid dicere. At il
le ait. Mgr̄ dic. Duo de
bitores erant cuidā feneratori

tori: unus debebat denarios
quingentos· et alius quinqua
ginta· Non habentibus illis un
de redderent: donavit utrisque.
Quis ergo eum plus diligit.
Et respondens symon dixit
Estimo: quia is cui plus
donavit· At ille dixit· Recte
iudicasti· Et conversus ad
mulierem: dixit symoni·
Vides hanc mulierem? Intra
vi in domum tuam: aquam pe
dibus meis non dedisti· hec
autem lacrimis rigavit pedes
meos· et capillis suis tersit.
Osculum michi non dedisti:
hec autem ex quo intravit non
cessavit osculari pedes me
os· Propter quod dico tibi: re
mittuntur ei peccata multa· quoniam
dilexit multum· Cui autem
minus dimittitur: minus dili
git· Dixit autem ad illam·
Remittuntur tibi peccata tua·
Et ceperunt qui simul ac
cumbebant dicere intra se· Quis
est hic qui etiam peccata dimit
tit: Dixit autem ad mulierem·
Fides tua te salvam fecit
vade in pace· Off. Bene

oleo caput meum non unxisti
hec autem unguento unxit
pedes meos·

dic anima mea domino et noli oblivisci
omnes retribuciones eius· et renova
bitur sicut aquile iuventus tua· Sec.
Accepta tibi sint quesumus domine
nostri dona ieiunii· que et ex
piando nos tua gratia dig
nos efficiant: et ad sempiter
na promissa perducant· Per· Co.
Aufer a me obprobrium et con
temptum quia mandata tua ex
quisivi domine nam et testimonia
tua meditacio mea est· Capl.
Quesumus omnipotens deus ut deprecan
tis numinibus gratias exhiben
tes: beneficia pociora suma
mus· Per· Sabbato introitus
Venite adoremus deum et pro
cidamus ante dominum ploremus
ante eum qui fecit nos quia ipse est
dominus deus noster· ps· Venite exul
temus domino iubilemus deo salutari
Omnipotens oremus flectamus genua levate· ut
O sempiterne deus qui peccati
penitenciam salutarem et corpo
ribus nostris mederis et men
tibus maiestatem tuam suppli
ces exoramus ut pia ieiunan
cium deprecacione placatus
et presencia nobis subsidia
prebeas et futura· Per· Lectio

In diebus illis. Lo leuitici.
cutus est dn̄s ad moysen
dicens. Decimo die men
sis huius septimi. dies expi
acionū̄ erit uobis celeberrim9
et uocabitur sancta: affligetis
q̄z a[n]i[m]as u[est]ras in eo. et offe
retis holocaustū dn̄o. O[mn]e
opus seruile nō facietis ī tē
pe diei huius: quia dies p[ro]pi
ciacionis est: ut p[ro]picietur uobis
dn̄s deus u[este]r. O[mn]is a[n]i[m]a q̄
afflicta nō fuit die hoc. pe
ribit de p[o]p[u]lis suis: et q̄ op[er]is
quippiam fecerit. delebo eam
de p[o]p[u]lo sua. Nichil ergo op[er]is
facietis in eo. Legittimum
sempiternū erit uobis ī cunctis
generacionibus et habitacionib9
u[est]ris. Sabbatū requiecionis
est: affligetisq̄z a[n]i[m]as u[est]ras.
Die nono mensis a uespera
usq̄z ad uesperā celebrabitis
sabbata u[est]ra: dicit dn̄s
Protector n[oste]r aspice G[rad]. op[er]is.
ce deus et respice sup[er] s[er]uos tuos
V. Dn̄e deus uirtutū exaudi
preces s[er]uor[um] tuor[um]. ore. fl. genu.
Da nobis q[uesumu]s omnip[oten]s deus.
ut ieiunia[n]di tua gr[ati]a
saciemur: et abstinenda
cunctis efficiam[ur] hostibus
forciores. P. l[e]c[tio]. leuitici.
In diebus illis. Locutus ē
dn̄s ad moysen dicens.
Quintodecimo die mensis
septimi q[ua]n[d]o congregaueri
tis omnes fructus t[er]re u[est]re:
celebrabitis ferias septē
diebus. Die p[ri]mo et die
octauo erit sabbatū: id ē
requies. Sumetisq̄z uobis
die p[ri]mo fructus arboris
pulcherrime spatulasq̄z pal
mar[um] et ramos ligni den
sarū frondiū. et salices de
torrente. et letabimini corā
dn̄o deo u[est]ro: celebrabitis
q̄z sollempnitatē eius sep
tem diebus p[er] annū. Legit
timū sempiternū erit in gen[er]a
cionibus u[est]ris. Mense sep
timo festa celebrabitis:
et habitabitis ī umbraculis
septē diebus. O[mn]is q̄ de
gen[er]e est isr[ae]l. manebit in
tabernaculis: ut discant
posteri u[est]ri q[uo]d in tabernacu
lis habitare fecerim filios isr[ae]l:
cū educerem eos de terra

egypti

egypti · ego dñs deus uṙ. G.
Dirigatur orõ mea sicut incensu
in conspcũ tuo dñe. V. Eleuacio
manuũ mearꝫ sacrificiũ uespertinũ
Tuere q̃s dñe famĩ Orõ.
liam tuã: ut salutis e
tne remedia q̃ trãsp̃nante
requirimus: te largiente
cõsequamur. P. l. Michee pph̃.
Dñe deus nr̃ pasche po
pulũ tuũ ĩ uirga tua
gregem h̃editatis tue: h̃ita
tes terrã in salute. iux̃ dies
antiquos. Videbũt gentes
et cõfundent̃ sup omni for
titudĩe sua: q̃ɯ quis deus
similis tui. qui aufers ini
quitatẽ. et transis peccatũ
reliquiarꝫ hereditatis tue:
Non inmittet ultra furorẽ
suũ. q̃ɯ uolens m̃iam et
reũtet et miserebit̃ nr̃i. De
ponet iniquitates nr̃as et
piciet in p̃fundũ maris oĩa
pcc̃a nr̃a. Dabis ueritatem
iacob. m̃iam abrahã: que
iurasti p̃ribꝫ nr̃is a diebus
antiq̃s: dñe deus nr̃. Gr̃.
Propicius esto dñe pc̃is nr̃is
nequãdo dicant gentes ubi ẽ d̃s
eorꝫ. V. Adiuua nos deus salu
taris nr̃ et p̃pt̃ honorẽ nõis tui
dñe libera nos. Orem⁹. Flec. gẽ.
Presta q̃s dñe sic nos ab
epulis carnalibꝫ ab
stinere: ut a uiciis ,irruẽ
tibꝫ pariť ieiunem⁹. P. lcõ
In dieb̃ꝫ illis zacharie pph̃e.
Factũ est u̇bũ dñi ad me di
cens. Hec dicit dñs deus
exercituũ. Sicut cogitaui ut
affligerem uos. cũ ad iracũ
diam me puocassent pr̃es
uri. ⁊ nõ sũ misertus: sic
cõuersus cogitaui in diebꝫ
istis ut b̃nfaciam ierl̃m. ⁊
domui iuda. Nolite timere.
Hec sũt ergõ u̇ba q̃ facietis.
Loquim̃ ueritatẽ unusq̃isq; cũ
p̃ximo suo ——————: uerita
tem et iudiciũ pacis iudi
cate in portis ur̃is. et un⁹
quisq; malũ contr̃ amicum
suũ ne cogitetis in cordibꝫ
ur̃is: et iuramentũ mendax
ne diligatis. Omnia h̃ sũt
que odi: dicit dñs. Et factũ
est u̇bũ dñi exercituũ ad me
dicens. Hec dicit dñs exer
tuũ. Ieiuniũ q̃rti et ieiuni

um quinti. et ieiuniū septimi.
et ieiuniū decimi erit domui
iude in gaudiū et in leticiā:
et in sollempnitates p̄clā
ras. Veritatē tantū et pacē
diligite: dicit dn̄s exercituū.
Miserere michi dn̄e quōd in Gr̄.
firmus sū sana me dn̄e V̄. Conturbata
bata sunt omnia ossa mea et a
nima mea turbata ē valde. Or̄o.
Ut nos dn̄e tribus sol
lempne tibi deferre ie
iuniū: sic nob̄ q̄s indulgē
cie p̄sta subsidiū. P̄. Lectio
Angl̄s dn̄i descendit cum
azaria. Ymn̄ Benedictus es
dn̄e. R̄. In adventu do. Or̄o.
xviij Deus qui tribus pueris
Dn̄s vobiscū mitigasti flammas
ignium: concede p̄picius: ut nos
famulos tuos nō exurat
flāma viciorū. P̄. Ad hebreos
Fr̄s: Tabernaculū factū
est primū. in quo erāt
candelabra et mensa et p̄po
sicio panū. q̄d dicit̄ sancta:
post velamentū autē secūdū
tabernaculū q̄d dicit̄ sancta
sc̄or̄. aureū h̄ns thuribu
lū et archam testamenti
circumtectam ex omni p̄te
auro. in qua urna aurea
habens manna. et virga
aaron q̄ fronduerat et tabu
le testamenti. sup̄q̄ ea cheru
bin gl̄e obumbrancia p̄pi
ciatoriū. de quib̄ non est
modo dicendū per singula.
Hys vero ita compositis:
in p̄ori quidē tab̄naclō sēp̄ i
troibant sacerdotes sacrificior̄
officia cōsummātes. in sc̄dō
vero semel in anno solus
pontifex. nō sin̄ sanguine q̄
offeret pro sua et p̄pli igno
rancia. hoc significāte sp̄u
sc̄o. nōdum p̄palatā esse
sc̄or̄ viam. adhuc priore
tab̄naculo h̄nte statum.
que parabola est temporis in
stantis. iuxt̄ quā munera
et hostie offerunt̄ que nō
possunt iuxta consciām
p̄fectū facē serviente. solūmō
in cibis et in potib̄ et va
riis baptismatib̄ et iusti
ciis carnis usq̄ ad tempꝰ
correctionis impositis.
Xp̄us autē assistens pōti
fex futuror̄ bonor̄ p̄am

plius et pfectius tabnaculū
nō manufactū · id ē nō huī'
creacōis : neqꝫ p sanguinem
hyrcor aut uitulor · sed p
ꝓprium sanguinē introiuit
semel in sancta · etna redēp
cione inuenta · Tc̄ Lau
date dnm̄ oēs gentes et collau
date eū oēs ppli · V̄ Quō cōf
mata est sup nos mīa eius et ue
ritas dnī manet in etnū · Sc̄dm
In illo tem : Dixit lucam
ihs turbis similitudinē hanc.
Arborē fici hēbat quidam
plantatā in uinea sua : et
uenit querēs fructū in illa
et nō inuenit · Dixit autē
ad cultorē uinee · Ecce ānī
tres sunt ex quo uenio qrēs
fructū in ficulnea hac : et nō
inueniō · Succide ergo illam : ut
quid eciam terram occupat ·
At ille respondēs dixit illi ·
Dnē · dimitte illam et hoc
ānō · usqꝫ dum fodiā circa
illam · et mittam stercora :
et siquidē fecit fructū · sin aūt
in futurū succides eā · Erat
aūt docens : in synagoga
eor sabbatis · Et ecce mli

que hēbat spm̄ infirmitatis
annis decē et octo : et erat in
clinata · nec oīno poterat
sursum aspicē · Quā cū ui
disset ihs : uocauit eā ad se
et ait illi · Mulier · dimissa
es ab infirmitate tua · Et im
posuit illi manus : et cōfes
tim erecta est · et glificabat
deū · Rndens aūt archisyna
gogus idignās quia sab
bato curasset ihs : dicebat
turbe · Sex dies sunt in qbus
oportet opari : in hijs ergo
uenite et curamini · et non in
die sabbati · Respondit aūt
ad illum dns̄ et dixit · Hy
pocrite : unusquisqꝫ urm̄
sabbato nō soluit bouem
suū et asinū a presepio · et
ducit ad aquare : hanc aūt
filiā abrahe · quā alligauit
sathanas · ecce decē et octo
ānīs · nō oportuit solui a uin
culo isto die sabbati · Et
cū hec diceret : erubescebant
oēs aduersarij eī · Et oīs
ppls gaudebat in uniūsis
que gloriose fiebāt ab eo · Off.
Dnē deus salutis mee in die

clamaui ꝛ nocte coram te intret
oracio mea in conspectu tuo domine.
Concede qs omnipotens Secreta.
deus. ut oculis tue maiesta
tis munus oblatum et graciam
nobis deuocionis obtineat.
ꝛ effectum vite perhennitatis ac
quirat. P. Co. Mense septi
mo festa celebrabitis cum in taberna
culis habitare fecerim filios israel cum
educerem eos de terra egypti ego
dominus deus vester. Compl. Perfici
ant in nobis qs domine tua sacra
menta quod continent: ut que
nunc specie gerimus: rerum veritate
capiamus. P. Do. xviii.
Da pacem domine sustinentibus
te ut prophete tui fideles inue
niantur exaudi preces servi tui et ple
bis tue israel. ps. Letatus sum in
hiis que dicta sunt mihi in domum domini
Dirigat corda Oro nostra quesumus
domine misericordie tue ope-
racionis operacio: quia tibi
sine te placere non possumus.
Fr̄es. Ad Corinthios. P.
Gratias ago deo meo sem
per pro vobis in gracia dei que data
est vobis in christo ihesu: quia
in omnibus diuites facti estis in
illo. in omni verbo et in omni
sciencia. sicut testimonium christi confir
matum est in vobis. ita ut ni
hil vobis desit in ulla gracia
expectantibus reuelacionem
domini nostri ihesu christi. qui et con
firmabit vos usque in finem
sine crimine: in die aduentus
domini nostri ihesu christi. Gr. Leta
tus sum in hiis que dicta sunt mihi
in domum domini ibimus. V. Fiat pax
in virtute tua et habundancia in
turribus tuis. Alleluia. V. Lauda
te dominum omnes gentes et collau
date eum omnes populi. Mathm
In illo tempore: Accesserunt ad
ihesum pharisei: et interrogauit
eum unus ex eis legisdoctor
temptans eum. Magister: quod est
mandatum magnum in lege?
Ait illi ihesus. Diliges dominum
deum tuum ex toto corde tuo. et
in tota anima tua. et in tota
mente tua: hoc est maxi
mum et primum mandatum.
Secundum autem simile est huic.
Diliges proximum tuum: sicut
teipsum. In hiis duobus man
datis: uniuersa lex pendet
et prophete. Congregatis autem

phariseis: interrogauit eos ihs
dicens. Quid uobis uidetur
de xpo cuius filius est. Dicunt
ei. Dauid. Ait illis. Quo
modo ergo dauid in spiritu uocat eum
dominum dicens. Dixit dominus domino
meo. sede a dextris meis do
nec ponam inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum. Si ergo
dauid uocat eum dominum: quo
modo filius eius est? Et nemo
poterat respondere ei uerbum:
neque ausus fuit quisquam ex
illa die eum amplius interroga[re].
Sanctificauit moy Offertorium re-
ses altare domino offerens super
illud holocausta et ymmolans
uictimas fecit sacrificium uesperti
num in odorem suauitatis domino
deo in conspectu filiorum israel. Secreta.
Deus qui nos per huius sacra
menti ueneranda commercia
unius summeque diuinitatis par
ticipes efficis presta quesumus: ut sic
tuam cognoscimus ueritatem:
sic eam dignis mentibus
et moribus assequamur. Per. Communio.
Tollite hostias et introite in
atria eius adorate dominum in aula
sancta eius. Complenda.

Gratias tibi referimus domine
sacro munere uegetati tuam
misericordiam deprecantes: ut dig
nos nos eius participatione
perficias. Per. feria iiij. Fratres xiiij
mortificate membra uestra. Re
feria iiij. dominice i. post penthecosten.
In illo tempore. dixit iesus discipulis suis. Secundum matheum.
Simile factum est regnum celorum
homini: qui seminauit bonum
semen in agro suo. Cum autem
dormirent homines: uenit inimicus
eius et superseminauit ziza
nia in medio tritici et abiit.
Cum autem creuisset herba et
fructum fecisset: tunc apparuerunt
et zizania. Accedentes autem
serui patrisfamilias: dixerunt
ei. Domine nonne bonum semen
seminasti in agro tuo? Unde
ergo habet zizania? Et ait illis.
Inimicus homo hoc fecit. Serui
autem dixerunt ei. Vis imus et
colligimus ea? Et ait. Non.
Ne forte colligentes ziza
nia: eradicetis simul cum
eis et triticum. Sinite utraque
crescere usque ad messem: et in
tempore messis dicam messoribus.
Colligite primum zizania et

alligate ea faſciculos ad cõ
burendũ: triticũ aũt cõgre
gate in horreũ meũ. Feria vi
In illo tẽ: dixit S. matheũ
ihs d. s. Simile ẽ regnũ ce
loꝝ grano ſynapis: qđ acci
piens hõ ſeminauit in agro
ſuo: qđ minimũ quidẽ ẽ oĩb'
ſeminib': cũ aũt creuit maius
ẽ oĩbꝫ holeribꝫ et fit arbor
ita ut uolucres celi ueniant
et hitent in ramis eius. Ali
am parabolã locutus eſt eis.
Simile ẽ regnũ celoꝝ fermen
to qđ acceptũ mulier abſcõ
dit in farine ſatis tribus:
donec fermentatũ eſt totum.
Hec oĩa locutus eſt ihs in
parabolis ad turbas: et ſine
parabolis nõ loqbat' eis. ut
impleret' qđ dcm ẽ p pphãm
dicentẽ. Apiam ĩ parabolis
os meũ: eructuabo abſcõ
dita a cõſtitucõe mũdi. Dñ.
Salus ppli ego ſum dĩ xxiiij
cit dñs de quacũqꝫ tribula
cione clamauint ad me exaudi
am eos et ero illoꝝ dñs ĩ ppetuũ
Ps. Attendite pplẽ meus legem
meã ĩclinate aurẽ urãꝫ in ũba

Omps et Ora. oris mei.
miſericors deus uniuſa
nobis aduſancia ppiciat'
exclude: ut mente et corpe
pit expediti. que tua ſunt
liberis mẽtibꝫ exequãmur. P.
Fr̃s: Reno Ad effeſios.
uamini ſpũ mẽtis urẽ:
et induite nouũ hominẽ
qui ſcdm deũ creatus ẽ in iuſ
ticia et ſcitate ũitatis. Pp
qđ deponentes mendaciũ
loquimini ũitatẽ unuſquiſqꝫ
cũ pximo ſuo: qñ ſumus
inuicem membra. Iraſcimini:
et nolite peccare. Sol nõ oc
cidat ſup iracũdiã ueſtram.
Nolite locũ dare dyabolo.
Qui furabat' iam nõ furet'.
Magis aũt laboret opando
manibꝫ ſuis qđ bonũ eſt:
ut hẽat unde tribuat neceſ
ſitatẽ pacienti. Gr. Oculi
omniũ in te ſperãt dñe et tu das
illis eſcã in tpe oportuno. V.
Apis tu manũ tuã et imples oẽ
animal bñdictõe. Alla. V. Dex
tra dei fecit uirtutẽ dextra dñi
exaltauit me. Scdm Matheũ
In illo tẽ: Aſcendens ihs

in nauiculā transfretauit et
uenit in ciuitatē suā. Et ecce
offerebant ei paliticū iacen
tem in lecto. Et uidens ihc
fidem illoꝝ: dixit palytico.
Confide fili: remittūtur tibi
pcca tua. Et ecce quidam de
scribis: dixerunt intra se. H
blasphemat. Et cū uidisset
ihc cogitacōes eoꝝ: dixit
eis. Vt quid cogitatis ma
la ī cordib; uris? Quid est
facilius dicē dimittūtur tibi
pcca. an dicē. surge et am
bula? Vt sciatis autē quō
filius hoīs hīt ptatē in tra
dimittendi pcca: tunc ait
palytico. Surge tolle lec
tuū: et uade in domū tuā.
Et surrexit: et abijt ī domū
suā. Videntes autē turbe ti
muerūt: et glificabāt deū
q dedit ptātem talē hoīb;.
Si ambulauero ī medio Off.
tribulacōis uiuificabis me dn̄e
et sup irā inimicoꝝ meoꝝ extēdes
manū tuā et saluū me fecit dex
Hec munera Secr. tra tua.
qs dn̄e que oclis tue ma
iestatis offerimus salutari

a nobis esse concede. P. Co.
Tu mandasti mandata tua
custodire nimis ūt dirigant uie
mee ad custodiendas iustificat
Tua nos do Compl. acōes tuas.
nunc qs medicinalis opa
cio. et a nris puersitatib; cle
menť expediat: et tuis sp fa
ciat inherē mandatis. P.
Epl'a. ij. Ad thessalonicēses
Fratres: State et tenete tra
diciones qs didicistis:
siue p sermonē. siue p epl'am
nr̄am. Ipse autē dn̄s nr̄
ihc xp̄s. et deus et pr̄ nr̄.
qui dilexit nos et dedit con
solacōnē eternam. et spem
bonam: in grā. exhortetur
corda ura. et confirmet ī oī
ope et sermone bono. De ce
tero fr̄es orate p nobis: ut s
mo dn̄i currat et clarificet
sicut et apud nos. et ut li
beremur ab inportunis et malis
hominib;. Nō enī omnī ē fi
des. Fidelis autē deus ē: qui
et confirmabit uos. et custo
diet a malo. Confidimus aūt
de uobis in dn̄o: quō que pce
pimus et facitis et facietis.

Dominus autem dirigat corda uestra
in caritate dei et in paciencia xpi.
In illo tempore: Accesserunt s. matheum.
serunt discipuli ad ihesum di
centes. Edissere nobis parabo
lam zizaniorum agri. Qui
respondens ait. Qui seminat
bonum semen est filius hominis
Ager autem est mundus. Bonum uero
semen: hij sunt filij regni.
Zizania autem filij sunt nequam.
Inimicus autem qui seminauit
ea: est dyabolus. Messis
uero consummacio seculi: messo
res autem angeli sunt. Sicut
ergo colliguntur zizania et
igni comburuntur: sic erit in con
summacione seculi. Mittet filius
hominis angelos suos et colli
gent de regno eius omnia scan
dala. et eos qui faciunt ini
quitatem: et mittent eos in ca
minum ignis. ibi erit fletus
et stridor dencium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol: in reg
no patris eorum. Qui habet aures
audiendi audiat. feria vj.
In illo tempore: Interro s. marcum.
gatus ihesus a discipulis suis
de consummacione seculi: dixit eis. Cum
videritis abhominacionem desolacionis
stantem ubi non debet qui legit in
telligat. Tunc qui in iudea sunt
fugiant in montes. Et qui su
per tectum: ne descendat in domum
nec introeat ut tollat ali
quid de domo sua. Et qui in
agro erit non reuertatur retro tollere vesti
mentum suum. Ve autem pregnan
tibus et nutrientibus: in illis
diebus. Orate uero: ut non
fiat fuga uestra hyeme uel sabbato.
Erunt enim illis diebus tales tribula
cio magna: qualis non fuit ab
inicio creature quam condidit deus usque
nunc neque fiet. Et nisi breuiati fu
issent dies illi non fieret sal
ua omnis caro: sed propter electos bre
uiabuntur dies illi. Tunc si quis
uobis dixerit. ecce hic est xpistus.
aut illic: nolite credere. Sur
gent enim pseudo xpisti. et pseu
do prophete. et dabunt signa mag
na et prodigia: ita ut in erro
rem inducantur si fieri potest
eciam electi. Ecce predixi uobis.
Si ergo dixerint uobis ecce in
deserto est nolite exire: ecce
in penetralibus. nolite
credere. Sicut enim fulgur exit

ab oriente et paret usqz in
occidentem: ita erit et aduentus
filii hominis. Ubicumqz fuerit
corpus: illuc congregabuntur
aquile. Statim autem post tri-
bulacionem dierum illorum sol ob-
scurabitur et luna non dabit
lumen suum stelle cadent de ce-
lo et uirtutes celorum moue-
buntur. Et tunc parebit signum
filii hominis in celo: et tunc
plangent omnes tribus terre
et uidebunt filium hominis ueni-
entem in nubibus celi. cum uirtu-
te magna et maiestate. Et
mittet angelos suos cum tu-
ba et uoce magna: et congre-
gabunt electos suos a quatuor
uentis a summis celorum usqz
ad terminos eorum. Dñica xx.

Omnia que fecisti nobis domine
in uero iudicio fecisti quia
peccauimus tibi et mandatis tuis
non obediuimus. Sz da gloriam nomini
tuo et fac nobiscum secundum multi-
tudinem misericordie tue. ps. Magnus dominus
et laudabilis nimis in ciuitate
dei nostri in monte sancto eius. Oracio.

Largire quesumus domine fidelibus
tuis indulgenciam pla-
catus et pacem: ut pariter ab
omnibus mundentur offensis et
secura tibi mente deseruiant.

Fratres: Ad Effesios. Videte itaqz quomodo cau-
te ambuletis. non quasi insipi-
entes. sed ut sapientes: re-
dimentes tempus quoniam dies
mali sunt. Propterea nolite fie-
ri imprudentes: sz intelligen-
tes que sit uoluntas dei. Et
nolite inebriari uino in quo
est luxuria: sz implemini spiritu
loquentes uobis metipsis
in psalmis et ymnis et can-
ticis spiritalibus. cantantes
et psallentes in cordibus uestris
domino. gracias agentes semper pro
omnibus in nomine domini nostri ihesu
xpisti. deo et patri. Subiecti inui-
cem in timore xpisti. Gr. Tollite
hostias et introite in atria eius
adorate dominum in aula sancta eius. V.
Reuelabit dominus condensa et in
templo eius omnes dicent gloriam.
Alleluia. V. Qui confidunt in domino
sicut mons syon non commouebi-
tur in eternum qui habitat in ierusalem. Secundum
Matheum. In illo tempore: Lo-
quebatur ihesus cum discipulis

ſuis: in parabolis dicens. Simile factũ eſt regnũ celoꝝ homĩ regi: qui fecit nupcias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos uocare ĩuitatos ad nupcias: et nolebant ue nire. Itm̃ miſit alios ſuos dicens. Dicite ĩuitatis: ec ce prãdiũ meũ paraui: thau ri mei ⁊ altilia mea occiſa ſunt. ⁊ oĩa parata. uenite ad nupcias. Illi aũt neglex erũt: et abierunt. alius in uillam ſuã. alius uo ad negociacõem ſuã. Reliqui uo tenuerũt ſuos ſuos: et cõ tumelia affectos occiderũt. Rex aũt cũ audiſſet iratꝰ eſt. et miſſis exercitibꝫ ſuis pdidit homicidas illos. et ciuitatẽ illoꝝ ſuccendit. Tũc ait ſuis ſuis. Nup cie quidem parate ſũt: ſꝫ qui ĩuitati erant nõ fuerũt digni. Ite ergo ad exitus ui arum. et quoſcũqꝫ ĩueneritis uocate ad nupcias. Et e greſſi ſerui eius in uias. congregauerũt omnes quos ĩuenerũt bonos ⁊ malos: et implete ſunt nupcie diſcumbencium. Intrauit aũt rex ut uideret diſcumbẽtes: et uidit ibi hominem non ueſtitũ ueſte nupciali. et ait illi. Amice. quomõ huc intraſti nõ habẽs ueſtẽ nup cialem: At ille obmutuit. Tunc dicit rex miniſtris. Li gatis manibꝫ eius et pe dibꝫ mittite eũ ĩ tenebras exteriores: ibi erit fletus et ſtridor dencium. Multi enim ſũt uocati pauci uo electi. Off.

Super flumina babylonis illic ſedimꝰ et fleuimꝰ dum recor daremur tui ſyon. Secreta.

Celeſtẽ preſtẽt nobis hec miſteria qs dñe medicinã: et uicia nr̃i cordis expur gent. P. Co. Memento uer bi tui ſeruo tuo dñe in quo m̃ ſpem dediſti hec me conſola ta eſt in humilitate mea. Cpl.

Ut ſacris dñe reddamur digni muneribꝫ: fac nos qs tuis obedire mandatis. P.

Epĩſtola. ij. Ad theſſalonicẽ ſes: Denũciamus uobis in nõie dñi noſtri

ihu xpi: ut subtrahatis vos
ab omni fratre ambulante in
ordinate. et non secundum tra
ditionem quam acceperunt a no
bis. Ipsi enim scitis quemadmo
dum oporteat imitari nos:
quoniam non inquieti fuimus inter
vos. neque gratis panem man
ducavimus ab aliquo. sed
in opere labore et fatigatione
nocte ac die operantes. ne
quem vestrum gravaremus.
non quasi non habuerimus
potestatem. sed ut nos metipsos
formam daremus vobis ad imi
tandum nos. Nam et cum es
semus apud vos. hoc denuntia
bamus vobis: quoniam siquis
non vult operari nec mandu
cet. Audivimus enim inter vos
quosdam ambulantes inquie
te: nichil operantes. sed cu
riose agentes. Hiis autem
qui huiusmodi sunt denuntiamus
et obsecramus in domino ihu
xpo: ut cum silentio operantes
suum panem manducent. Vos
autem fratres nolite deficere bene
facientes: in xpristo ihu
domino nostro. Secundum Lucam.

In illo tempore: Dicebat ihs
quidam principi phariseorum.
Cum facis prandium aut cenam:
noli vocare amicos tuos.
neque fratres tuos. neque cogna
tos. neque vicinos divites.
ne forte et ipsi te reinvitent.
et fiat tibi retributio. Sed
cum facis convivium: voca pau
peres. debiles. claudos. cecos.
et beatus eris. quia non habent
retribuere tibi. Retribuetur
enim tibi in resurrectione iusto
rum. Hec cum audisset quidam de
simul discumbentibus: dixit il
li. Beatus qui manducabit
panem in regno dei. Feria vi.
In illo tempore: Secundum lucam.
Dixit ihs discipulis suis.
Beati eritis cum vos ode
rint homines et cum separaverint
vos. et exprobraverint. et
eiecerint nomen vestrum tamquam
malum: propter filium hominis.
Gaudete in illa die et exul
tate: ecce enim merces vestra
multa est in celo. Secundum hec
enim faciebant prophetis pa
tres eorum. Verumtamen ve
vobis divitibus: qui habetis

consolacionem vestram. Ve vobis qui saturati estis: quia esurietis. Ve vobis qui ridetis nunc quia lugebitis et flebitis. Ve cum vobis benedixerint omnes homines: secundum hec enim faciebant pseudo prophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis. Diligite inimicos vestros: benefacite hiis qui vos oderunt. benedicite maledicentibus vobis. et orate pro calumpniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam. prebe ei et alteram: et ab eo qui aufert tibi vestimentum. etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te tribue: et qui aufert que tua sunt ne repetas. Et prout vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt: que vobis gratia? Nam et peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis hiis qui vobis benefaciunt: que vobis est gratia? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis hiis a quibus speratis recipere: que gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus feneantur: ut recipiant equalia. Verumtamen diligite inimicos vestros: et benefacite et mutuum date. nichil inde sperantes. et erit merces vestra multa in celis. Off. xxi.

In voluntate tua domine universa sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tue tu enim fecisti omnia celum et terram et universa que celi ambitu continentur dominus universorum tu es. Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Or.

Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi: ut a cunctis adversitatibus te protegente sit libera et in bonis actibus tuo nomini sit devota.

Lectio epistole beati Pauli ad Effesios.

Fratres: Confortamini in domino et in potencia virtutis eius. Induite vos armaturam dei ut possitis stare adversus insidias diaboli: quia non est nobis colluctacio adversus carnem et sanguinem. sed adversus principes et potestates. adversus mundi rectores tene

brachiarum. contra spiritualia
nequicie in celestibus. Propterea
accipite armaturam dei ut
possitis resistere in die malo:
et in omnibus perfecti stare. State
ergo succincti lumbos vestros
in veritate: et induti loricam iu-
sticie. et calciati pedes in prepara-
tione evangelii pacis. In omnibus
sumentes scutum fidei in quo pos-
sitis omnia tela nequissimi
ignea extinguere. Et galeam
salutis assumite. et gladium
spiritus quod est verbum dei. Gr.
Domine refugium factus es nobis
a generatione et progenie. V. Prius-
quam montes fierent aut formare-
tur terra et orbis a seculo et in se-
culum tu es. Alleluia. V. De profun-
dis clamavi ad te domine domine
exaudi vocem meam. Sec. Iohannem.
In illo tempore: Erat quidam re-
gulus: cuius filius infirma-
batur capharnaum. Hic cum
audisset quia ihesus adveniret
a iudea in galileam: abiit ad
eum et rogabat eum ut descen-
deret et sanaret filium eius.
Incipiebat enim mori. Dix-
it ergo ihesus ad eum. Nisi signa
et prodigia videritis non cre-
ditis. Dicit ad eum regulus.
Domine: descende prius quam
moriatur filius meus. Dicit
ei ihesus. Vade filius tuus vi-
vit. Credidit homo sermoni
quem dixit ei ihesus. et ibat. Iam
autem eo descendente: servi oc-
currerunt ei et nunciaverunt di-
centes. quia filius eius viveret.
Interrogabat ergo horam ab eis
in qua melius habuerit. Et
dixerunt ei. Quia heri hora
septima: reliquit eum febris.
Cognovit ergo pater quia illa ho-
ra erat. in qua dixit ei ihesus.
filius tuus vivit: et credi-
dit ipse et domus eius tota.
Vir erat in terra nomine Iob Off.
simplex et rectus ac timens deum
quem sathan petiit ut temptaret et da-
ta est ei potestas a domino in facultate et in
carne eius perdidit omnemque substantiam
ipsius et filios carnem quoque eius gravi
ulcere vulneravit. Sec. Celes-
tem nobis prebeant hec
misteria quesumus domine: medicinam
et vicia nostri cordis expurgent.
In salutari tuo anima Com.
mea et in verbum tuum speravi. quando

facies de psequētibꝫ me iudiciū
siqui psecuti sunt me adiuua
me dn̄e deus meus. Compl.
Immortalitatis alimoniā
cōsecuti q̄s dn̄e: ut qđ ore p
cepimꝰ pura mēte sectemꝰ. P.
Ep̄la iiij. f. Ad Tymatheum.
Kare: Nichil intulimus
in hunc mundū: haut
dubiū quia nec auferre q̄d
possumꝰ. Habentes aūt alimē
ta et quibꝰ tegamur: hijs
contenti sumꝰ. Nā q̄ uolūt
diuites fieri: incidūt ī tēp
tacionē et laqueum dyaboli.
et desideria multa inutilia ꝛ
nociua que mergūt homines
in interitum et pdicionē. Ra
dix enī omīm malorꝫ ē cupidi
tas: quā quidā appetentes
errauerūt a fide. et inseruerūt
se doloribꝫ multis. Tu autē
homo dei hec fuge: sectare
uo iusticiā. pietatē. fidē. ca
ritatē. pacienciam mansuetu
dinē. Certa bonū certamen
fidei: apprehende uitā eternā.
ī qua uocatus es. ꝛ confes
sus bonā cōfessionē corā
multis testibꝰ. Precipio t

coram deo qui uiuificat oīa
et xp̄o ih̄u qui testimoniū
reddidit sub poncio pylato
bonā confessionē: ut serues
mandatū sine macula ir
reprehensibile usqꝫ ī aduen
tum dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i. Sm̄
In illo tēp: Factū est lucā.
ut intraret ih̄s in synago
gam. et doceret. Et erat
ibi homo: et manus eius
dextra arida. Obseruabāt aūt
eum scribe et pharisei si in sab
bato curaret: ut inuenirent
unde accusarent eū. Ipse
uo sciebat cogitaciones
eorū: et ait homini q̄ hēbat
manū aridam. Surge: et
sta ī mediū. Et surgēs stetit.
Ait aūt ad illos ih̄s. Interro
go uos: si licet sabbato be
nefacere. an male. animā
saluā facere an pdere: Et cir
cumspectis omnibꝫ illis:
dixit homini. Extende
manū tuā. Et extendit:
et restituta ē manus eius.
Ipsi aūt repleti sūt ī sipiencia:
et colloquebantr ad inuicē
quidnā facerent de ihesu.

Feria vi. Secundum Lucam.

In illo tempore: Cum venisset ihesus in domum petri: vidit socrum eius iacentem et febricitantem. Et tetigit manum eius: et dimisit eam febris. Et surrexit: et ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes. Et eiciebat spiritus verbo. et omnes male habentes curavit: ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit et egrotaciones portavit.

Si iniquitates Off. xxij. ut observabis domine domine quis sustinebit quia apud te propiciacio est deus israel. ps. De profundis clamavi ad te domine domine quis

Deus refu Oro sustinebit gium nostrum et virtus. adesto piis ecclesie tue precibus auctor ipse pietatis et presta ut quod fideliter petimus: efficaciter consequamur. Per. Ad philip

Fratres: Confi philippenses. dimus in domino ihesu: quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet usque in diem christi ihesu. Sicut enim mihi iustum est hoc sentire pro omnibus vobis: eo quod habeam vos in corde et in vinculis meis. et in defensione et confirmacione evangelii socios gaudii mei omnes vos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam vos omnes in visceribus ihesu christi. Et hoc oro: ut caritas vestra magis ac magis habundet in sciencia et in omni sensu. ut probetis pociora. ut sitis sinceres et sine offensa in die christi. repleti fructu iusticie: per ihesum christum in gloriam et laudem dei.

Ecce quam bonum et quam io Gr. cundum habitare fratres in unum V. Sicut unguentum in capite quod descendit in barbam barbam aaron.

Alleluia V. Lauda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea psallam deo meo quamdiu ero. Secundum

In illo tempore: Dixit ihesus Matheum discipulis suis. Simile est regnum celorum homini regi: qui voluit racionem ponere cum servis suis. Et cum cepisset racionem ponere: oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta.

Cum aut nō haberet unde red
deret: iussit eū dñs venūdari
et uxorē eius et filios. ꝛ
omnia que habebat et reddi.
Procidens aut servus ille: ora
bat eū dicens. Paciam ha
be in me: et oīa reddam tibi.
Misertus aut dñs servi illius
dimisit eū: et debitū dimi
sit ei. Egressus aut servus
ille: invenit unū de cōservis
suis. qui debebat ei centum
denarios. et tenēs suffoca
bat eum dicens. Redde qđ
debes. Et procidēs conservus
eius: rogabat eū dicens.
Paciam habe in me: et oīa
reddam tibi. Ille aut nolu
it: sed abijt et misit eū i car
cerem. donec redderet debitum.
Videntes aut cōservi eius
que fiebant cōtristati sunt
valde: et venerūt et narra
verunt dño suo omnia q̄ facta
fuerant. Tunc vocavit il
lum dñs suus: et ait illi.
Serve nequā: omne debitum
dimisi tibi qm̄ rogasti
me. Nōne ergo oportuit ꝛ te
misereri cōservi tui sicut et
ego tui misertus sum. Et
iratus dñs eius: tradidit
eum tortoribus quo adusqꝫ
redderet universū debitū. Sic
et pr̄ meus celestis faciet
vobis: si nō remiseritis u
nusquisqꝫ fr̄i suo de cordib⁹
vr̄is. Off. Recordare mei
dñe omnipotentiā tuā dominās
da sermonē rectū in os meū ut
placeant verba mea in cōspectu
Da qs̄ miseri Sec. principis.
cors deus ut hec salutaris
oblacio et a propriis nos rea
tibus indesinent' expediat
et ab omnib' tueat' adversis.
Dico vobis gaudiū ē Co. co
ram angelis dei sup uno peccatore peni
tenciā agente. Cplen. Sump
simus dñe sacri dona myste
rii humilit' deprecantes: ut
que in tui cōmemoracione
nos facere precepisti: in nr̄
proficiant infirmitatis auxi
liū. P. Epistola ad Thymotheū.
Karissimi: Finis precepti est
caritas. de corde puro
et consciencia bona ꝛ fide nō
ficta: a quibus quidā aberran
tes. conversi sunt in vaniloquiū.

ualentes ic

uolentes eē legiſdoctores· nō
intelligentes neqȝ que lo
quunť· neqȝ de quibȝ affirmāt
tur· Scimus aūt quia bona ē
lex· ſiquis ea legittime utať:
hac ſcientes· quia iuſto lex
non ē poſita· ſed iniuſtis ⁊
nō ſubditis· impiis et pccā
toribus· ſceleratis ⁊ contaminā
tis· patricidis et matricidis· ho
micidis et fornicariis· maſ
culoꝝ concubitoribȝ· pla
giariis· mendacibȝ piuris·
et ſiquid aliud ſane doctri
ne aduerſatur· que ē ſcdm e
uglm glīe beati dei· qd credi
tum ē michi· Gratias ago
ei qui me confortauit in
xpo ihesu dno nro· Marcū·
Jn illo temp: d· i· d· s· Habe
te fidem dei· Amen dico ub:
qa quicūqȝ dixerit monti
huic tolle et mitte ī mare·
et nō heſitauerit ī corde ſuo·
ſed crediderit· qa qdcumqȝ
dixerit fiat· fiet ei· Propterea
dico uob· Omia quecumqȝ
orantes petitis: credite qa
accipietis et ueniet uob·
Et cū ſtabitis ad orandum:

dimittite ſiquid hētis aduſ
aliquē· ut et pr uř qui in ce
lis eſt dimittat uob pccā
uřa· Qd ſi uos nō dimiſeri
tis: nec pr uř qui in celis ē
dimittet uobis pccā uřa·
Fria· vi· Secundū Marcum
Jn illo temp: dixit i· d· ſuis·
Videte quid audiatis· In
qua menſura menſi fueritis:
remecietur uob et adicietur ub·
Qui enī hz dabitur illi: et qui
nō hz· etiā qd hz auferetur
ab eo· Et dicebat· Sic ē reg
nū dei: quemadmodū ſi iaci
at homo ſementē ī terrā·
et dormiat et exurgat nocte
ac die· et ſemē germinet et in
creſcat dū ille neſcit· Vltro
eī terra fructificat: primū
herbam· deinde ſpicam· deīn
plenū frumentū ī ſpica· Et
cū ſe pduxerit fructus: ſtati
mittit falcē quia adeſt meſ
ſis· Et dicebat· Cui aſſimi
labimus regnū dei? Aut cui
parabole compabimus illud?
Sicut granum ſynapis· qd
cū ſeminatū fuerit in terra minus
eſt ſeminibus omibus que

ſunt in t͛ra. et cum ſeminatū
fuit aſcendit et fit maius
omnibus holeribꝫ et facit ra
mos magnos: ita ut poſſint
ſub umbra uolucres celi habi
tare. Et talibꝫ multis para
bolis loquebatur eis uerbum
prout poterant audire. ſine pa
rabola autem nō loquebatur eis.
Seorſum autem diſcipulis ſuis
diſſerebat omnia. Dñica xxiiij.
Dicit dñs ego cogito cogi
tationes pacis et nō afflic
tionis: inuocabitis me et ego
exaudiam uos et reducam captiui
tatem ueſtram de cunctis locis. Ps.
Benedixiſti dñe terram tuam auer
tiſti captiuitatem iacob. Oracio.
Excita dñe q̄s tuorum fide
lium uoluntates: ut diui
ni operis fructum propenſius exe
quentes: pietatis tue reme
dia maiora percipiant. Per.
Lectio Ieremie prophete.
Ecce dies ueniunt dicit
dñs. et ſuſcitabo dauid
germen iuſtum. et regnabit
rex et ſapiens erit. et faciet
iudicium et iuſticiam in terra.
In diebus illis ſaluabitur iuda:
et iſrael habitabit confidenter.
Et hoc eſt nomen quod uoca
bunt eum: dñs iuſtus noſter.
Propter hoc ecce dies ueniunt
dicit dñs: et nō dicent ultra
uiuit dñs qui eduxit filios
iſrael de terra egypti. ſed uiuit
dñs qui eduxit et adduxit
ſemen domus iſrael. de terra aqui
lonis. et de cunctis terris ad quas
eieceram eos illuc. et habitabunt
in terra ſua: dicit dñs omnipotens.
